

Universitätsbibliothek Wuppertal

Avctores Latinae Lingvae In Vnvm redacti corpvs

Godefroy, Denis

[Genevae], 1585

Sex. Pompei Festi De verborum significatione

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-85](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-85)



S E X . P O M P E I
F E S T I D E V E R B O R V M
S I G N I F I C A T I O N E ,
L I B R I X X .

V N A C V M P A V L I D I A C O N I A B
A N T O N I O A V G V S T I N O E P I T O M E
C O N I V N C T I .

E P I S T O L A P A V L I A D
C A R O L V M R E G E M .

DIVINAE largitatis munere, sapientia potentiâque praeulgi-
do Domino Regi Carolo Regum sublimissimo Paulus ultimus ser-
uus. Cupiens aliquid vestris bibliothecis addere, quia ex proprio per-
parum valeo, necessario ex alieno mutuaui. Festus denique Pompe-
ius Romanis studiis affatim eruditus, tam sermonum auditorum, quam
etiam quarundam causarum origines aperiens, opus suum ad viginti
usque prolixa volumina extendit. ex qua ego prolixitate superflua quaeque, & mi-
nus necessaria praetergrediens, & quadam abstrusa penitus stilo proprio enucleans, non-
nulla ita ut erant posita relinquens, hoc vestra celsitudini legendum compendium ob-
tuli. In cuius serie, si tamen lectum ire non dedignabimini, quadam secundum artem,
quadam iuxta etymologiam posita non inconuenienter inuenietis, & praecipue ciuita-
tis vestrae Romulae, viarum, portarum, montium, locorum, tribuumque vocabula diserta
reperietis, ritus praeter ea gentilium, & consuetudines, varias dictiones quoque poetis,
& historiographis familiares, quas in suis opusculis frequentius posuere. quod exigui-
tatis mea munusculum si sagax, & subtilissimum vestrum ingenium non usquequa-
que reppulerit, tenuitatem meam, vita comite, ad potiora excitabit. Vale.

A BACTI magistratus dicebatur, qui coacti deposuerant imperium.

Abalienatus dicitur, quæ quis a se remouerit.

Abambulantes, abscedentes.

Abarceet, prohibet.

Abanus dicitur, quia abest ab auo, & est auus aui.

Abditiu, abortiu.

Abemito significat demito, vel auferto. *emere* enim antiqui dicebant pro accipere.

Abrogare, est ab grege ducere: *adgregare*, ad gregem ducere: *segregare*, ex pluribus gregibus partes seducere. vnde & *egregius* dicitur è grege lectus. quorum verborum frequens vltus non mirū si ex pecoribus penderet; cum apud antiquos opes, & patrimonium ex his præcipue constiterint. vt adhuc etiam *pecunias*, & *pecunia* dicimus.

Abietaria negotia dicebatur, quæ materia nunc dicimus, videlicet ab abietibus coemendis.

Abiisse, pro adiiisse dicebant.

Abitionem antiqui dicebant mortem.

Abnutare saepe abnuere.

Aboloes dicebant, pro ab illis. antiqui enim litteram non geminabant.

Aborigines appellati sunt, quod errantes conuenerint in agrū, qui nunc est populi Romani. fuit enim gens antiquissima Italiae.

Abortum grauidæ mulieris dicitur, quod non sit tempestiue ortum.

Abrogare, infirmare.

Abs præpositio a Graeco deducitur & significat autem retractionem in partem posteriorem.

Aceratum lutum, cum paleis mixtum.

Aerra, ara, quæ ante mortuū poni solebat, in qua odores incendebantur. alij dicunt arculam esse thurariam, scilicet vbi thus reponebant.

Aetare dicebatur, quod nunc dicimus agitare.

Aeris, securis aerea, qua in sacrificiis utebatur sacerdotes.

Acies, Acumen, Acus, & Acuere dicuntur ab *acum*, quam Latine dicimus cotem.

Aclasis tunica, ab humeris non confuta.

Acrumaeruma, utensilia ampliora.

Actus, modo significat in comoediis, & traegœdiis certa spatia canticorum: modo iter inter vicinos quattuor pedū latū: modo in geometrica minorē partē iugeri, id est cētū viginti-pedū: modo motū corporis, vt histrionū & saltatorum, qui etiam ex hoc ipso actiuosi dicuntur.

Acupediis dicebatur, cui præcipuum erat incurrendo acumen pedum.

Acus palea est Varro rerum rusticarū tertio: acus substruendum parturientibus. acus in area excutitur. Idem in eodem. primo argillam mixtam acere.

Acus dicitur, qua sarcinatrix, vel etiam ornatrix vitur. paleae etiā quaedam de frumento acus dicuntur. exercitus quoque instructus; quod ea pars militū vehementissima est ad hostem vulnerandum acumine telorum. totum autē ex Graeco sermone trahitur; cum sarcire apud illos *ἀκροῦσθαι* dicitur.

Ad, aut proprie personā significat; vt *Ad Pompeium*: aut locū, vt *Abiit ad theatrū*.

Adagia, ad agendum apta.

Adasia, onis verula recentis partus.

Adaxint, adegerint.

Adensi dicebantur, qui in locum mortuorū militum subito subrogabantur; dicti ita, quia ad censum adiciebantur.

Addicere est proprie idem dicere, & approbare dicendo. alias addicere damnare est.

Addubanum, Danubium.

Addues, addideris.

Adco duas habet significationes. nam cū prima acuta effertur; idē significat, quod accedo. vt cū dicimus *Adco* praetorem. cum autē secundā; id est, quod vsque eō; nō quidem secundū rationē; quia ad præpositio accusatiuis accommodata est: sed vetusta quadam loquendi consuetudine.

Ad exitam ætatem, ad vltimam ætatem.

Adfabrum, fabrefactum.

Adfatim dictū a copia fandi, siue abundāte. *Liuius*: *Adfatim* edi, bibi, lusi. *Terentius* *adfatim* dixit pro eo, quod est, ad lassitudinē.

Adfectare est pronum animum ad faciendum habere.

Adfines, in agris vicini, siue consanguinitate coniuncti.

Adgrettus, apud Ennium *adgrettus* fari, pro eo quod est *adgressus* ponitur. quod verbum venit a Graeco *ἀγρεω*.

Adigas, dare cogas.

Adiniculum, paruū aditum.

Adlecti dicebatur apud Romanos, q̄ propter inopiā ex equestri ordine in senatorū sunt numero adsumpti. nā *patres* dicuntur, qui sunt patricij generis: *conscripti*, qui in senatu sunt scriptis adnotati.

Adlicit est, perducit aliquē in rē. dictū a verbo *lacio*, id est *decepo*. Hinc descendit *inlicere*, & *oblectare*, id est *frustratē* inducere.

Adliuescit, liuere incipit, hoc est liuidū fieri.

Admissimae aues dicebantur ab auguribus, quæ consulentem iuberent.

Adnecat, sacpe, & leuiter oculo annuit. *Naeuius* in *Tarentilla*: alij *adnecat*, alij *adnecat*, alium amat, alium tenet.

Adolescit a Graeco *ἀδολεσθαι*, id est *adresco*, venit. vnde sunt *adultus*, *adolescens*, *altare*; eo quod in illo ignis exereciti; & *exoletus*, qui excessit olefcendi, id est *crefcendi* modum; & *inoleuit*, id est *creuit*.

Adoptatiuus,

Adoptatilius ex adoptato filio natus.

Ador farris genus, edor quondam appellatum, ab edendo; vel quod aduratur, ut fiat tostum. unde in sacrificio mola salsa efficitur.

Adorare apud antiquos significabat agere. unde & legati oratores dicuntur: quia maius data populi agunt.

Adorem laudem, siue gloriam dicebant: quia gloriosum eum putabant esse, qui farris copia abundaret.

Adpromissor est, qui quod suo nomine promisit, idem pro altero quoque promittit.

Adrumavit, tumorem fecit, siue commurmuratus est, quod verbum quidam a rumine, id est parte gutturis putant deduci.

Adsciscere est adiungere, vel adsumere.

Adscripti dicebantur, qui in colonias nomina dedissent, ut essent coloni.

Adscriptiui, veluti quidam scripti dicebantur; qui supplendis legionibus adscribebantur. hos & adensos dicebant: quod ad legionum censum essent adscripti, quidam velatos, quod vestiti inermes sequerentur exercitum. nonnulli ferentarios, quod fundis lapidibusque praeliaturi ea modo ferrent, quae in hostes iacerent. alij rorarios, quod id genus hominum ante, quam accies coirent, in modum rorantis tempestatis dimicaret.

Adsectata femina vel in bonam partem dicitur, velut honorata: vel in malam; quasi ad extremum periculum adducta.

Adserere manu est admoovere. quod ea quoque, quae in terram dimittuntur, seri dicitur. unde etiam serae appellatur, quia foribus admotae opponuntur defixae postibus; quae ad modum ea, quae terrae inferuntur.

Adsidelae, mensae vocantur, ad quas sedentes flamines sacra faciunt.

Adsiduus dicitur, qui in ea re, quam frequenter agit, quasi confedisse videatur. alij adsiduum locupletem; quasi multorum assiduum putarunt. alij eum, qui sumptu proprio militabat; ab assidendo vocatum existimantur.

Adspicere, & praespicere dicebant antiqui a sapiendo. sicut nos quoque modo dicimus ab aequo iniquum: a quaerendo inquirere.

Adtegrare est, vinum in sacrificiis augere. integrare enim, & adtegrare minus factum est in statutum redigere.

Adstasent, statuerunt.

Adtestata dicebantur fulgura, quae iterato fiebant, videlicet significationem priorum adtestantia.

Adtritum, & tritum ex Graeco descendit: quia illi vestem tritam *επιβρωιον* appellat.

Adtubernalis, habitator continuae tabernae. quod genus domicilij antiquissimum Romanis fuisse testimonio sunt exterae gen-

tes, quae adhuc tabulatis habitant aedificiis. unde etiam tecta castrensia, quavis pellibus conteguntur, tabernacula tamen dicuntur.

Advelitatis iactatio quaedam verborum figurata ab hastis velitaribus, velites dicitur ex pediti milites, quasi volites, id est volantes.

Adversus aut contrarium significat; aut idem, quod erga.

Adulari est compositum ex accedendo, & adludendo.

Adulter, & adultera dicuntur; quia & ille ad alteram, & haec ad alterum se conferunt.

Adulterina signa dicitur alienis anulis facta.

Aduocatus, saepe aduocat.

Aduocem, aduersarium, hostem.

AE syllabam antiqui Graeca consuetudine per AI scribebant. ut aulai, pictai, mulai.

Aedilis initio dicitur magistratus, qui aedium non tantum sacrarum, sed etiam priuatarum curam gerebat. postea hoc nomen & ad magistratus translatum est. Dicitur autem Aedilis, quod facilis ad eum plebi aditus esset. sed & Aedilatus dicebatur eadem dignitas: sicut pontificatus, magistratus.

Aedis, domicilium in edito positum, sumptuosum, atque vnius aditus. siue ideo aedis dicitur, quod in ea aeuum degatur, quod Graece *αιων* vocatur. itaque aedificare, cum sit proprie aede facere, ponitur tamen pro omni genere constructionis *κατασκευασαι*.

Aeditimus, aedis intus.

Aedituus, sacrae aedis tutor. id est cura agens.

Aegeum mare appellatur, quod crebrae in eo sint insulae; ut procul aspicientibus species caprarum videatur. siue quod in eo Aegaea Amazonum regina perierit. siue quod in eo Aegeus pater Thesei se praecipitauerit.

Aegrum ex Graeco *αιγρον* appellatur. a quibusdam putatur a voce doloris appellari: quod est *αινα*.

Aegyptios, Aethiops.

Aemidum, tumidum.

Aemilianam gentem appellatam dicunt a Mamercio Pythagorae philosophi filio; cui propter vnicam humanitatem cognomen fuerit Aemilos. alij, quod ab Afcanio descendat, quod duos habuit filios Iulium, & Aemilium.

Aenariam appellauerunt locum, ubi Aeneas classem a Troia veniens appulit.

Aenatores cornicines dicuntur id est cornu canentes.

Aeneolum, quod ex aere fit dicimus.

Aenesi dicti sunt comites Aeneae.

Aemulum, vas ex aere paruum.

Aequidiale apud antiquos dictum est, quod nunc dicimus aequinoctiale. quia nox diei potius, quam dies nocti adnumerari debet. Graeci quoque in hoc consentiunt *ισομετριον*, id est aequidiale, dicentes.

Aequilanium significat ex toto dimidium, dictum a lauatione lanae, quae dicitur aequilauio redire, cum dimidiū decidit foribus.

Aerarij Tribuni a tribuendo aere sunt appellati. Aerarium sane populus Romanus in aede Saturni habuit.

Aeribus pluraliter ab aere, id est aeramento dicit Cato.

Aerosam appellauerunt antiqui insulā Cyprium; quod in ea plurimū aeris nascatur.

Aerumulas Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant. quarum vsus quia C. Marius rettulit, *muli Mariam* postea appellabantur. itaque aerumulae, labores honorolos significant. siue a Graeco sermone deducuntur. nam *αἴρον* Graece, Latine tollere dicitur.

Aeruscare, aera vndique, id est pecunias, colligere.

Aestimata poena ab antiquis ab aere dicta est. qui eam aestimauerunt aere: ouem decussit, bouem centussit, hoc est decem & centum assibus.

Aestimatio, aestimationes.

Aestuaria sunt omnia, qua mare vicissim tū accedit, tum recedit.

Agasones equos agentes, id est minantes.

Agea via in nauī dicta, quod in ea maxima quaeque res agi solet.

Agredum significat age modo. est enim adhortantis sermo.

Agere modo significat ante se pellere, id est minare. Vergilius: & potum pastas age Tytīe. modo significat iurgari, vt cum dicimus, agit cum eo furti. modo rependere: vt cum dicimus, gratias ago modo verbis indicare: vt cum dicimus causam ago. quin etiā si accessit gestus, & vultus quidam decor: vt cum scaenici agere dicuntur.

Agria est, qua inferitur scapus trutinā. id est in quo foramine trutina se vertit. vnde *agrinatores* dicuntur.

Agnus dicitur a Graeco *ἀγνός*; quod significat castum. eo quod sit hostia pura, & immolationi apta. Agnus ex Graeco *ἀγνός* & dicitur. quod nomen apud maiores communis erat generis, sicut & lupus, quod venit ex Graeco *λύκος*.

Agolum, pastorale baculum, quo pecudes aguntur.

Agonias hostias putabant ab agendo dictas.

Agonium dies appellabatur, quo rex hostiā immolabat. hostiam enim antiqui *agoniā* vocabant. *Agonium* etiam putabant deum dici praesentem rebus agendis: *Agonia* eius festiuitatem. siue quia agones dicebant montes: *Agonia sacrificia*, quae fiebant in monte. hinc Romae mōs Quirinalis Aegonis, & collina porta

Aegonensis. *Agonium* id est ludum. ob hoc dictum, quia locus in quo ludi initio facti sunt, fuerit sine angulo. cuius festa *Agonia* dicebantur.

Albegmina partes extorum, quae diis immolabant.

Albesia scuta dicebantur, quibus Albenfes, qui sunt Marfi generis, vsunt, haec eadē *decumana* vocabantur, quo essent amplissima, vt *decumani* stuctus.

Albiona ager trans Tiberim dicitur, a luco Albionarū: quod loco bos alba sacrificabatur.

Albogalerus a galea nominatus. est enim pileum capitis, quo Diales flamines, id est sacerdotes Iouis utebantur. fiebat enim ex hostia alba Ioui caesa: cui adfigebatur apex virgula oleagina.

Albula Tiberis fluius dicitur ab albo aquae colore. *Tiberis* autem a Tiberio Silio rege Albanorum: quod is in eo extinctus est.

Album, quod nos dicimus, a Graeco, quod est *ἄλπος*, est appellatū. Sabini tamen *alpiū* dixerunt. vnde credi potest nomen *Alpiū* a candore niuium vocitarum.

Alcedo dicebatur ab antiquis pro halcyone. vt pro Ganymede *Catamitus*: pro Nilo *Melo*.

Alabria, bene alentia.

Aleone, aleatorem. Nauius: pessimorum pessime, audax, ganeo, lurco, aleo.

Aletudo, corporis pinguedo.

Alga, herba, quam mare ad litus proicit. Vergilius in Bucolicis: Proiecta vilior alga.

Algeo ex Graeco *ἀλγώ* dicitur, id est doleo. vt sit frigus, dolor quidam membrorum rigore coniectus.

Alicia dicitur, quod alit corpus.

Alicariae meretrices appellabantur in Campania solitae ante praetina alicariorum versari quae est gratia. sicut haec, quae ante stabula sedebant, dicebantur *prostitulae*.

Alienatus, qui alienus est factus.

Alinodi pro aliuimodi.

Alorsum, & *illorsum*, sicut *introsum* dixit Cato.

Alirei dixit Plautus pro eo; quod est aliae rei.

Alites volatu auspica facientes istae putantur: buteo, fanqualis, immusculus, aquila, vulturius.

Aluata antiqui dicebant pro aliter ex Graeco *ἀλλο* vel *ἀλλο*; transferentes. Hinc est illud in legibus Numae Pompilij: *SI QVIS ALIENA FAXIT IPSOS IOVI SACER ESTO*.

Alus, pollex scandens proximum digitū: quod

quod Graece dicitur ἀλλεῖς.
Alienſis dies dicebatur apud Romanos obſ-
 cœniſſimi ominis. ab Allia fluuio ſcilicet,
 vbi Romanus ſuſus a Gallis exercitus eſt.
Alma, ſancta, ſiue pulchra; vel alens: ab alē-
 do ſcilicet.
Almitis habitus almarum rerum.
Alaria ſunt, in quibus ignis adoletur. Alpa-
 ria ab altitudine dicta ſunt. quod antiqui
 diis ſuperis in aedificiis a terra exaltatis fa-
 cra faciebant: diis terreſtribus in terra: diis
 infernalibus in effoſſa terra.
Altellus Romulus dicebatur, quaſi altus in
 tellure: vel quod tellurem ſuam aleret: ſiue
 quod aleretur telis: vel quod a Tatio Sa-
 binorum rege poſtularus ſit in colloquio
 pacis; & alternis vicibus audierit, locutus-
 que fuerit. ſicut enim ſit deminutiue a ma-
 cro macellus, a vaſio vaſellus; ita ab alter-
 no altellus.
Alter, & pro non bono ponitur; vt in augu-
 riis altera cum appellatur auis, quae vtiq;
 proſpera non eſt. ſic alter nonnumquā pro
 aduerſo dicitur, & malo.
Alteras ponebant pro eo, quod eſt aduerbiū
 alias.
Altercatio, iurgatio.
Alternatio, per vices ſucceſſio.
Alterplicem, duplicem.
Alterra, alterutra.
Alterum Sinius ait idem ſignificare, quod
 apud Graecos ἄλλο. Quidam vero ex vtro
 quo eſſe compoſitum ἀλλο, & ἄλλο.
Alum proprie mare profundum.
Altus ab alendo dictus: alias ab altitudine.
Alucinatio, erratio.
Aluolum, tabula aleatoria.
Alimento pro Laumedonte a veteribus Ro-
 manis nec dum adſuetis Graecae linguae
 dictū eſt. ſic Melo pro Nilo, Catamitus pro
 Ganymede: Alpius pro Alpheo dicebatur.
Aluus venter feminae, ab alendo dicta eſt.
Am praepoſito loquelaris ſignificat circum.
 vnde ſupra ſeruus *ambactus*, id eſt circum-
 actus dicitur.
Amasſo, amauero.
Amatio ab amore denominatum.
Ambactus apud Ennium lingua gallica actus
 dicitur.
Ambasſales hoſtiae appellabantur, quae pro
 aruis a duobus fratribus ſacrificabantur.
Ambarualis hoſtia eſt, quae rei diuinae
 ſa circum arua ducitur ab iis qui pro fru-
 gibus faciunt.
Ambaſioqui, circum euntes cateruatim.
Ambegus bos, & veruex appellabantur, cum
 ad eorum vtraque latera agni in ſacrificiū
 ducebantur.
Ambest ita tertiæ perſonae verbū eſt, vt nul-
 lam aliam habeat declinationem.

Ambidens, ſiue bidens ouis appellabatur, quae
 ſuperioribus, & inferioribus eſt dentibus
Ambiguum eſt, quod in ambas agi partes ani-
 mo poteſt. huiusmodi apud Graecos ἀμφι-
 βολος dicitur.
Ambitio eſt ipſa actio ambientis.
Ambitus proprie dicitur inter vicinorum ae-
 dificia locus duorum pedum, & ſemipedis
 ad circum eundi facultatem relictus, ex
 quo etiam honoris ambitus dici coeptus
 eſt a circum eundo, ſupplicandoque. Am-
 bitus proprie dicitur circuitus aedificiorū
 patens in latitudinem pedes duos, & ſemiſ-
 ſem; in longitudinem idem, quod aedifi-
 cium. ſed & eodem vocabulo crimen aua-
 ritiae, vel adfectati honoris appellatur.
Ambo ex Graeco dictum videtur, quod illi
 ἀμφο dicunt.
Ambrices regulae, quae tranſuerſae aſſeribus,
 & regulis interponuntur.
Ambrones fuerunt gens quaedam Gallica, qui
 ſubita inundatione maris, cum amiſſent ſe-
 des ſuas, rapinis, & praedationibus ſe
 ſuiſque alere coeperunt. eos, & Cimbros,
 Teutonſque C. Marius deleuit. ex quo tra-
 ctum eſt, vt turpis vitae homines Ambro-
 nes dicerentur.
Ambulacra, ambulationes.
Amburbiales hoſtiae dicebantur, quae circū
 terminos vrbs Romae ducebantur.
Ambuſtus, circum vſtus.
Amenta, quibus, vt mitti poſſint, vincuntur
 iacula, ſiue ſolearū lora. ex Graeco, quod
 eſt ἀμματα, ſic appellata. vel quia aptantes
 ea ad mentum trahunt.
Ameria vrbs in Vmbria ab Amiro ſic appel-
 lata.
Amia genus piſcis.
Amicinium vtris pediculum, ex quo vinū dif-
 funditur.
Amicitiae vocabulum ab amore deducitur:
 quamuis interdum vituperandus ſit amor.
 ab antiquis autem ameci, & amecae per e
 litteram efferebantur.
Amiculum genus eſt veſtimenti a circumie-
 ctu dictum.
Aminula vrbs paruarū opū fuit in Appulia.
Amita patris mei ſoror, quia ſimiliter tertia
 a me ſit, atque auia, videri poteſt dicta: ex
 eo, quod ab antiquioribus auita ſit vocita-
 ta. ſiue amica dicta eſt, quia a patre meo a-
 mata eſt. nam plus ſorores a fratribus, quā
 fratres diligere ſolent. videlicet propter diſ-
 ſimilitudinē perſonarū, quae ideo minus
 habet diſſeſionis, quo min⁹ aemulationis.
Amites, perticae aucupales.
Amnenses appellabatur vrbs ſitae prope am-
 nē, vt a mari maritimae. vnde *Interamnæ*,
 & *Antemnae*, dictae ſunt; quod inter am-
 nes ſunt poſitae, vel ante ſe habeāt amnes.

Amnis propriae dicitur a circumādo, quoniam a m ex Graeca praepositione sūptū, quae est *amisi*, significat circum, & mare fluere.

Amoebaeum carmen est, quotiens aliqui ex aequali numero versuum canunt: & ita se habet ipsa responsio; ut aut malum, aut contrarium aliquid dicat.

Amoena dicta sunt loca, quae ad se amanda alliciant, id est trahant.

Amosio, annuo.

Ampelices dicebantur, ab antiquis, quod circum pederēt quos nunc ampelices appellamus.

Amputata, id est circumputata, dicitur ab eo, quod antiqui *putum* pro puro dicebant. unde deducuntur pudor, & pudicus.

Amsegetes dicuntur, quorum ager viam tangit.

Amtermini, qui circa terminos provinciae manent. Unde amicini, amburbium, ambarualia, amplexus dicta sunt.

Amusim, regulariter tractū a regula, ad quā aliquid exaequatur, quae amussis dicitur. quidam amussim esse dicunt non tacite: quod mutire interdum dicitur loqui.

Anarem morbum anuū dicebant, id est vetularum: sicut *senium* morbum senum.

Ancaesa dicta sunt ab antiquis vasa, quae caelata appellamus: quod circum caedēdo talia fiāt. ipsum quoque caelare verbū ab eadē causa est dictū, d littera cū l permutata.

Anceps significare videtur id, quod ex utraque parte caput habeat, ut securis, bipennis. sed magis a capiēdo, quod ex utraque parte aeque captatur, appellatum est.

Ancillae dictae ab Anco Marcio. quod is bello magnū feminarū numerū cepit. sicut ideo sic appellatur, quod antiqui *anculare* dicebant, pro ministrare. ex quo dij quoque, ac deae feruntur coli, quibus nomina sunt Anculi, & Anculae.

Anclabris mensa ministeriis diuinis apta. vasa quoque aenea, quibus sacerdotes utuntur, anclabria appellantur.

Anclare, haurire. a Graeco *ανκλα* descendit. Livijs: florē anclabāt liberi ex carchesijs.

Anconvulsa feminae mēstruo tempore appellantur. unde trahitur inquinamentum.

Ancus appellatur, qui aduncum brachiū habet, ut exportari non possit.

Anāron locus domicilij appellatur augustorū longitudine, in quo viri plurimi morabantur, ut gynaeceum a mulieribus.

Andrēmare, id est recurrere a Graeco verbo *ανδρ* & *εω*, id est invenire. hinc & *drus* vocata est.

Angerona deae sacra a Romanis instituta sunt, cū angina omne genus animalium consumeretur cuius festa Angeronalia dicebantur.

Anginam vinariam habere dicitur, qui vino suffocantur.

Angiportus iter cōpēdianum in oppido: eo q̄

sit angustus portus, id est aditus in portū. *Angor* est animi, vel corporis cruciatus, proprie a Graeco *αυαγγη*, id est stragulatione dictus. unde & faucium dolor *angina* vocatur. Plautus: vellem me in anginam verti; quo huic aniculae fauces praecoccuparem.

Angulus a Graeco *αυγυλον*: sive ab eo quod est *αυγυ*, id est prope; quod aduncatur. quod ex diverso coacta faciunt anguli formam.

10 *Annaria* lex dicebatur ab antiquis ea, qua finiuntur anni magistratus capiendi.

Annus ex Graeco venit quem illi *ετην* dicunt; & quod nos triennium, illi dicunt *τηνεν*, *Anquiverere* est, circum quacere.

Antarium bellum, quod ante urbem geritur.

Ante Terentius pro antea ponit.

Antefixa, quae ex opere figuliao tectis adfiguntur sub stillicidio.

Antes sūt extremi ordines vinearū. unde etiā nomē trahūt ante, quae sūt latera ostiorū.

Anteurbana praedia, ubi propinqua.

Antiae muliebres capilli demissi in frontem appellati ex Graeco videntur. quod enim nos contra, illi *αντι* dicunt.

Antium veteres etiā pro ianua posuere.

Antigero antiqui pro valde dixerunt.

Antios, id est excruciatos.

Antipagmenta valuarum ornāmēta: quae antis adpanguntur, id est adfiguntur.

30 *Antiquare* est in morem pristinum reducere.

Antros, conuales, vel arborum interualla.

Antroare, gratias referre. *antā*, mouēt. *antā* quoque vocant, quo permouēt coquētes exta.

Anus dicta est ab annorū multitudine: quoniam antiqui nō geminabāt cōsonātes. vel quod iā sit sine sēsu, q̄ Graece dicitur *ανω*.

Anxur vocabatur, quae nunc Tarracina dicitur Volsciae gentis. sicut ait Ennius: Vultulus perdidit Anxur.

40 *Ape* apud antiquos dicebat, *aphibe*, & *epesoc*.

Apollinē antiqui dicebant pro Apollinē.

Aperta idem Apollo vocabatur; quia patente cortina responsa ab eo dentur.

Apex, qui est sacerdotum insigne, dictus est ab eo, quod comprehendere antiqui vinculo, apere dicebant. unde aptus is, qui cōuenienter alicui iunctus est.

Apica dicitur ovis, quae vētrē glabrū habet.

Apiculū filii, quo flammae velatū apicē gerūt.

50 *Apluda* est gen⁹ minutissimae paleae frumētī, sive panici. de qua Naeuius: Non hercle apluda est hodie, quā tu nequior. sunt qui apludā sorbitionis liquidissimū putēt genus; q̄ flatu deiciatur, & quasi adplodatur.

Aplustria nauium ornāmēta; quae quia erāt amplius, quam essent necessaria vsu, etiā *aplustria* dicebantur.

Apollināres ludos, hoc est in laudē Apollinis, populus lauratus spectabat sūpe data pro cuiusque copia.

Apor apud.

Appellatuisse, appellasse.

Appia via, & aqua ab Appio Claudio est appellata.

Apricum locum a sole apertum. a Graeco vocabulo *apeirus* appellatur, quasi *aperitum*, id est sine horrore, videlicet frigoris. vnde etiam putatur Africa appellari.

Aprus cum propria significatione intelligatur, poni tamen solet pro adepto: sicut *apisci* pro adipisci. 10

Aprus, genus minimi pisciculi.

Apud mutua loci, & personae coniunctionem significat: vt cum dicimus caeno apud amicum. *Apud*, & *Penes* in hoc differunt: quod alterum personam cum loco significat: alterum personam, & dominium, ac potestatem. quod trahitur a penitus.

Aqua dicitur, a qua iuuamur. Aqua & ignis interdici solet, quam accipiunt nuptiae: videlicet, quia hae duae res humanam vitam maxime continent. Itaque funus profecti redeuntis ignem supergrediebantur, a qua dispersi, quod purgationis genus vocabant suffitionem. 20

Aqua elicti dicitur, cum aqua pluuialis remediis quibusdam elicitur: vt quodam, si creditur, manali lapide in urbem ducto.

Aquarium quasi aquae agium, id est aquae ductus, appellatur.

Aquarioli dicebantur mulierum impudicarum sordidi adfectae. 30

Aquilus color est fuscus, & subniger a qua *aquila* dicta esse videtur. quamuis eam ab acute volando dictam volunt. *Aquilus* autem color ab aqua est nominatus. nam cum antiqui duos omnino naturales nosserent, id est album & nigrum: interuenierit autem is quoque qui ita neutri similis est, vt tamen ab utroque proprietatem trahat: potissimum ab aqua eum denominarunt, cuius incertus est color.

Aquilus praenomen ab aquilo colore, id est nigro, est dictum.

Aquilo ventus a vehementissimo volatu ad instar aquilae appellatur.

Aquipenser genus piscis.

Arabice olet, id est ex odoribus Arabicis.

Arbilla aruina, id est pinguedo corporis.

Arbiter dicitur iudex, quod totius rei habeat arbitrium, & facultatem. 40

Arbitrium: cum adhuc res apud arbitrum geritur.

Arbitrium dicitur sententia, quae ab arbitro statuitur.

Arbosum pro arbore antiqui dicebant, & *robosum* pro robore.

Arbutus genus arboris frondibus raris. Vergilius: & quae vos rara viridis tegit arbutus umbra. 60

Arca deminutiuum facit *areulam*, & *arellam*: vt a porco *porculum*, & *porcellum*: a mamma, *mammulam*, & *mammillam*.

Arca sermonis significatio trahitur siue ab arce, quae missima pars est virbis, siue a genere sacrificij, quod in arce fit ab auguribus, adeo remotum a notitia vulgari, vt ne litteris quidem mandetur: sed per memoriam successorum celebretur. siue ab arca, in qua, quae clausa sunt, tuta manet. cuius ipsius origo ab arcendo pendet.

Arcere est continere. vnde & *arcus* in aedificijs dicitur: quia se ipsum continet. Alij dicunt *arcem* dictum esse ab opere arigendo in altitudinem. *Arcere* prohibere est. similiter *ab arce* prohibet. *porcet* quoque dictum ab antiquis, quasi porco arce, & porco, quod est continet, ponitur. vnde & *coercere* continere dicimus. trahitur autem hoc verbum a Graecorum magistratu, quem illi *arxom* vocant; in cuius potestate est cogere, vel prohibere.

Arcubine, qui excubabant in arce.

Arcula dicebatur auis, quae in auspicijs verbat aliquid fieri.

Arculari dicebantur circuli, qui ex farina in sacrificijs fiebant.

Arculum appellabant circulum, quem capiti imponebant ad sustinenda commodius vasa, quae ad sacra publica capite portabantur.

Arculus putabatur etiam deus, qui tutelam generet arearum. 50

Arcuma genus plaustri est modici, (quo homo gestari possit.

Arca proprie dicitur locus vacuus, quasi exaruerit, & non possit quidquam generare.

Arteria aqua, quae inferis libabatur. dicta a ferendo. siue vas vini, quod sacris adhibebatur.

Argea loca Romae appellantur: quod in his sepulti essent quidam Argiuorum illustres viri. 40

Argemmon argentum per candidum.

Argaeos vocabant scirpeas effigies, quae per virgines Vestales annis singulis iacebantur in Tiberim.

Argus, oculus. *Argus* nomen est hominis, qui fuisse fingitur oculis plenus.

Argutum iri, in discrimen vocari.

Aridum proprie est, quod naturalem humorem amisit. dicitur autem per contrariam significationem, quod irrigari desierit. nam Graece irrigare est *aridion*.

Arilator, qui etiam cocio appellatur, dicitur videtur a voce Graeca, quae est *aros*, id est tolle. quia sequitur merces, ex quibus quid cadens lucelli possit tollere. *Incellum* deminutiuum est a lucro.

Ariminum a nomine fluminis propinqui est dictum. 60

Aristophorum vas, in quo prandium fertur, ut dicitur.

Arma proprie dicuntur ab armis, id est humeris, dependentia: ut scutum, gladius, pugio, fides: & ea, quibus prope praeliatur: sicut *tela*, quibus procul.

Armata dicebatur virgo sacrificans, cui hincia togae in humerum erat reiecta. Legibus etiam Laurentium sancitum est, ne pomum ex alieno legatur *in armum*, id est, quod humeri onus sit.

Armentum id genus pecoris appellatur, quod idoneum ad opus armorum. Inuenies tamen feminine *armentas* apud Ennium positum.

Armillas ex auro, quas viri militares ab imperatoribus donati gerunt, dictas esse existimant, quod antiqui humeros cum brachiis armos vocabant. unde *arma* ab his dependentia sunt vocata.

Armillum vas vinarium in sacris dictum, quod *armo*, id est humero deportetur.

Armilistrum festum erat apud Romanos, quod res diuinas armati faciebant, ac dum sacrificarent, tubis canebant.

Arnae caput, agni caput.

Arqueis arcu praeciantes, qui nunc dicuntur sagittarij.

Arse verbe, auerte ignem significat. Tuscorum enim lingua *arse*, auerte: *verse* ignem constat appellari. unde Afranius ait: Inscribat aliquis in ostio *ARSE VERSE*.

Arstium, ornamentum capitis muliebris.

Artifices dicti, quod scientiam suam per artus exercent: siue quod apte opera inter se artent. qua ex causa etiam *artes* appellatae sunt.

Artius, bonis instructus artibus.

Artus, ex Graeco appellantur, quos illi *ἀρτε* dicunt. siue artus dicti, quod membra muliebris artentur.

Arum dicimus agrum necdum satum.

Arytemans, siue artemam, vas ab hauriendo sic appellabant.

Asparagus herba dicta, quod in aspero virgulto nascatur.

Assa dicebatur cantus tiliarum.

Asseres dicti quod assideant parieti, trabibusque.

Asstratum apud antiquos dicebatur genus quoddam. portionis ex vino, & sanguine temperatum, quod Latini praeci sanguine, *essiv* vocarent.

Ass significat at, sed, vel autem.

Astus apud poetas astutiam significat. cuius origo ex Graeco ab oppido *ἀστύ* deducitur: in quo qui conuersat adsidue sint cauti, atque acuti, esse videantur.

Assius, arte turns.

At differentiam rerum significat. ut cum dicimur, Scipio est bellator, at M. Cato orator.

Atanunium est poculi fictilis genus, quo in sacrificiis Romani utebantur sacerdo-

tes Porcij.

Atanus: quia *tata* est aui, id est pater: ut pueri vsurpare solent.

Ata bilis ab atro, id est, animi vitio dicta. est enim atru nigrum, id est, a cadore remotum.

Ataras atrii coloris.

Atriplex herba, quae nunc atriplex dicitur.

Atrium proprie est genus aedificij ante eadem continens mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluuia descendit. dictum autem atrium, vel quia id genus aedificij atriae primum in Etruria sit institutum: vel quia a terra oriat quasi a terreum.

Atrox appellantur, ex Graeco, quia illi atrocitas appellatur, quae cruda sunt. siue atrox dicitur ab eo, quod nihil timeat. *ατρός* enim Graeci dicunt timere.

Attae appellantur, qui propter vitium crurum, aut pedum plantis insistant: & attingunt magis terram, quam ambulant. quod cognomen Quintio poetae adhaesit.

Attam pro reuerentia seni cuiuslibet dicimus: quasi eum aui nomine appellemus.

Atticissat, Attice loquitur. Plautus: non Atticissat, sed Sicilissat. id est Sicule loquitur.

Attinge pro attingam posuere.

Auectus saepe aucta.

Auctarium dicebant antiqui, quod supra mensuram, vel pondus iustum adiciebatur, ut cumulus vocatur in modio.

Auctor communis generis apud antiquos.

Auctum vocabatur spatium circi, quod supra definitum modum victoriae adiungitur.

Audacia ab auide, i. cupide agendo, dicta est.

Audacias pluraliter Cato dixit.

Audax deminutium facit audaculus.

Audiuant, saepe auctui.

Auentinus mos intra urbem dictus est: quod ibi rex Albanorum Auentinus bello fuerit extinctus, atque sepultus.

Auere nihil aliud est, quam eupere. argumento est *auidum* & *auiditatem*, ex quibus praecipua cupiditas intelligitur, cum significet & gaudere.

Aues ab aduentu earum dicuntur, quod inde veniant, unde quis non suspicetur.

Augur ab auibus, gerendoque dictus: quia per eum auium gestus educitur: siue ab auium garritu: unde & *augurium*.

Auguraculum appellabant antiqui, quam nos arcem dicimus: quod ibi augures publice auspicarentur.

Auustus locus sanctus, ab auium gestu: id est quia ab auibus significatus est, sic dictus: siue ab auium gustatu: quia aues pastae id ratum fecere.

Auidus a non videndo propter nimiam cupiditatem appellatur. sicut *amens*, qui mentem suam non habet.

Auillas agnas recentis partus.

Aulas antiqui dicebāt, quas nos dicimus ollas: quia nullam litteram geminabant. Itaque *aullis* quae exta, quae in aulis coquebantur, dicebant; id est elixa.

Aulans, euolant.

Aureas dicebant frenos, quibus equorum aures rediguntur.

Aureas auriga. *aureas* enim dicebatur frenū, quod ad aures equorum religabatur. *oris* quo ora coercebantur.

Aureliam familiam ex Sabinis oriundam a Sole dictam putant: quod ei publice a populo Romano datus sit locus, in quo sacra facerent Soli, qui ex hoc Aufelij dicebantur, ut Valesij, Papij: pro eo, quod est Valerij, Papij.

Auricalchum, vel *oricalchum* quidam putant compositum ex aere, & auro: siue quod colorem habeat aureum. *oricalchum* sanè dicitur, quod in montuosis locis inuenitur.

mons etenim Graece *oros* appellatur. *Auritus* a magnis auribus dicitur, ut sunt asinorū, & leporū, alias ab audiēdi facultate.

Aurum dictum, quia praecipue custoditur. Graece enim *auron*, custodire dicitur. vnde & thesaurum. Hippocrates medicus de nomine inuentoris id dictum putat. quē uocitatum ait Aurum. quidam a similitudine aurorae coloris nomen traxisse existimant. nonnulli quia mentes hominum auerstat. alij a Sabinis transfatum putant: quod illi *aurum* dicebant.

Ausculari dicebant antiqui pro *osculari*, quod est os cum ore conferre.

Ausis, audeas.

Ausoniam appellauit Auson Vlyssis, & Calypsus filius eā primam partē Italiae, in qua sunt vrbes Beneuētū, & Cales. deinde paulatim tota quoque Italia, qua Apēnino finiatur. dicta est Ausonia ab eodē duce, a quo etiam conditā fuisse Aruncam urbē fertur.

Auspicium ab *auspiciēda*. nā quod nos cum praepositione dicimus *aspicio*: apud veteres sine *a* praepositione *spicio* dicebatur.

Autumnus quidam dictum existimāt, quod tunc maxime augeantur hominum opes coactis agrorum fructibus.

Aunuculus matris meae frater. traxit appellationē ab eo, quā aequē tertius a me, ut auus est: sed nō eiūsdē iuris. ideoque uocabuli facta deminutio est, siue *auūculus* appellatur, quod aui locum obtineat, & proximitate tueatur sororis filium.

Auis patris, matrisque pater. dictus à Graeco uocabulo, quod est apud eos *manros*, mutatis quibusdā litteris. Alij uolūt, quod ex ea uoce appelleretur, quod apud eosdē Graecos *manros* appellatur. significatque magnū. cū ueluti magnus pater sit auus. Alij putāt autē dictum esse, quia ad duos attineat, quasi ad-

duum: uel quia ad patrem sit additus.

Auxiliares dicuntur in bello socij Romanorum exterarum nationum; dicti ex Graeco uocabulo *auxiliares*, quod nos dicimus rerum crescentium auctorem.

Auxilla, olla paruula.

Axamenta dicebantur carmina saliaria, quae a Saliis sacerdotibus componebantur in uniuersos homines (composita) Nam in deos singulos uersus facti, a nominibus eorum appellabantur. ut Ianualij, Iunonij, Mineruij.

Axare, nominare.

Axe adglomerati, uniuersi stantes, id est cohortibus, aut legionibus.

Axis, quem Graeci *axona* dicunt, plures habet significationes. Nam & pars caeli septentrionalis, & stipes teres, circa quem rota uertitur: & tabula fecunditatis axis appellatur.

Axioli factiosi dicebantur: cum plures una quid agerēt, facerētque. *Axioli* autē antiquos dixisse, pro egerit, manifestum est. vnde *axioles* mulieres, siue dij dicebāt una agētes.

B

Bacar vas uinariū simile bacroni.

Bacchanalia dicebantur Bacchi festa.

Bacronem dicebant genus uasis longioris manubrij. hoc alij *trullam* appellant.

Bainulos dicebant antiqui, quos nunc dicimus operarios. vnde adhuc *bainulari* dicitur.

Balaenae nomen a Graeco descendit. hanc illi *γαλαγας* dicunt antiqua consuetudine, qua *πρῖνον* *burrum*, & *πρῖνον* *busum* dicebant. *Balaenam* belluam marinam, ipsam dicūt esse pistricem, ipsam esse cetum.

Balatrotes, & *blateas* bullas luti ex itineribus: aut quod de calcamentorum soleis eraditur, appellabant.

Barathrum Graeci appellant locum praecipitem, vnde emergi non possit. dictum ab eo, quod est *habus*.

Barbari dicebantur antiquitus omnes gentes exceptis Graecis. vnde Plautus Naeuium poetam Latinum, barbaram dixit. & de se cum transferret fabulam ex Graeco dixit. *M. Attius* uortit *barbare* (Fortasse & hinc noster apostolus Graecis, ac barbaris se debitorum esse fatetur.)

Barbaricū appellatur clamor exercitus: uidelicet quod eo genere barbari utantur.

Bardus stultus a tarditate ingenij appellatur. *Caecilius*: Nimis audacē, nimisque bardū barbarū. trahitur autē a Graeco, quod illi *βάρδος* dicunt. *Bardus* Gallice cantor appellatur, qui uirorū fortium laudes canit, a gente Bardorū, de quibus Lucanus. Plurima securi sudistis carmina Bardi.

Barium urbem Italiae appellauerunt conditores eius expulsi ex insula Bara, quae nou-

longe est a Brundisio.
Barrivae elephanti dicitur, sicut oves dicimus
balare, utique a sono ipso vocis.
Basilica ἡ τοῦ βασιλέως, hoc est rege dicta.
Basilicum, regale.
Basiliscus appellatur genus serpētis, vel quod
 in capite habeat album inftar diadematis:
 vel quod reliqua serpentum genera vim
 eius fugiant.
Batus genus herbae.
Bellarium, & *bellaris* res aptas bellis appella-
 bant.
Belliepanem saltationem dicebant, quando cū
 armis saltabant. quod a Romulo institutū
 est; ne simile pateretur, quod fecerat ipse,
 cum a ludis Sabinorum virgines rapuit.
Bellitudinē sicut magnitudinē Verrius dixit.
Bellona dicebatur dea bellorum. ante cuius
 templum era columella, quae bellica vo-
 cabatur, supra quam hastam iaciebant,
 cum bellum iudicebatur.
Bellule, apud Plautū, deminutiū adverbium
 est a bene, quod facit belle, & bellule.
Bellū a belluis dicitur: quia bellarum sit per-
 niciosa dissensio.
Belluus bestiae similis.
Beneficiarij dicebantur milites, qui vacabant
 muneris beneficio. e contrario *munifices*
 vocabantur, qui non vacabant; sed munus
 reipublicae faciebant.
Beneficentum colonia cum deduceretur, appella-
 tari coeptum est melioris ominis causa.
 namque eam urbem antea Graeci incolē-
 tes ἡδαιμόνιον appellarunt.
Benignus proprie dicitur is, qui bonis, & di-
 gnis largitur. est autem compositum ex
 bono, & gignendo.
Benna, lingua Gallica, genus vehiculi appel-
 latur. unde vocantur conbennones in ea-
 dem benna sedentes.
Bes appellatum est, quod bis triens sit; quam-
 vis dura compositio fiat besis ex triente,
 besis vnciae octo sunt, triens quatuor.
Bibliothecae & apud Graecos, & apud Lati-
 nos, tam librorum magnus per se nume-
 rus, quam locus ipse, in quo libri colloca-
 ti sunt, appellantur.
Bidental dicebant quoddam templum, quod
 in eo bidentibus hostiis sacrificaretur. *Bi-
 dentes* autem sunt oves duos dentes lon-
 giores ceteris habentes.
Begenera dicuntur animalia ex diverso ge-
 nere nata, ut leopardus ex leone & pan-
 thera; cicursus ex apro & seropha dome-
 stica; mulus ex equa & asino.
Bignae geminae dicuntur, quia bis vna die
 natae sunt.
Bilbis factū à similitudine sonitus, qui fit in
 vase. Naeuius, Bilbit amphora, inquit.
Bilinges Brutates Ennius dixit, quod Brutij &

f Olee, & Graece loqui soliti sint. sunt autē
 Italiae populi vicini Lucanis.
Bilis apud Afros a ppeatur semē humanum
 humi profusum.
Binomius, cui geminum est nomen, ut Numa
 Pompilius, Tullus Hostilius.
Bifeta porca dicitur, cuius a ceruice setae bi-
 fariam diuiduntur, cum iam esse incipit
 maior sex mensium.
 10 *Bitenses* dicuntur, qui peregrinantur assidue.
Blandicella verba blanda per deminutionem
 sunt dicta.
Blaterare est stulte, & percipide loqui; quod
 a Graeco βλάτῃ originem ducit. sed & ca-
 melos, cum voces edūt, blaterare dicimus.
Blennos stultos esse Plautus indicat, qui ait:
 Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni,
 buccones.
Blitum genus oleris a saporis stupore appel-
 latum esse ex Graeco putatur. quod ab his
 βλάτῃ dicitur stupidus.
Boa serpens est aquatilis; quē Graeci ὄσπος vo-
 cant. a qua icti obrurgeunt. crurū quoq;
 tumor viae labore collectus boa appellat.
Boare, id est clamare, a Graeco descendit βοῶν.
Boarium forum Romae dicebatur; quod ibi
 venderentur boues.
Bocas genus piscis. a boando, id est vocem e-
 mittendo appellatur.
 30 *Boiae*, id est genus vinculorum, tam lignae,
 quam ferreae dicuntur.
Boicus ager dicitur, qui fuit Boiorum Gallo-
 rum. is autē est in Gallia citra Alpes, quae
 togata dicitur, in qua sunt Mediolanēses.
Bombatio est sonus apum. ab ipso sonitu di-
 ctus; sicut *mygaleus* boum, *himitus* equorū.
Bona, id est substantia rerum, dicta sunt quod
 digna sint bonis.
Botulus genus farciminis propter connexio-
 nem a bolis sic appellatur.
 40 *Bouem* bidentem a dentium numero dicunt
 appellari.
Bouinatur, conuiciatur.
Brachium nos, Graeci βραχίον dicunt, quod
 deducitur a βραχύν, id est breue: eo quod ab
 humeris ad manus breuius sint, quam a
 coxis plantae.
Brassica a praescando est dicta.
Breue a Graeco descendit, quod est βραχύν.
Bruma a breuitate dierum dicta.
 50 *Brundisium* quidam poetae breuitatis causa
 Brendam dixerunt.
Brutianae palmae dicebantur scuta, quibus
 Brutiani sunt vsi.
Brutiani dicebantur, qui officia seruilia ma-
 gistratibus praestabant: eo quod hi primū
 se Hannibali tradiderāt; & cū eo perseue-
 rauerunt, vsque dum recederet de Italia.
Brutum antiqui grauem dicebant.
 60 *Bubinare* est menstruo mulierum sangui-
 ne in-

ne inquinari. Lucilius: Haec, inquit, te imbutinat, & contra te imbulbitar. *Imbulbitare* est puerili stercore inquinari. dicitur *ex* *stimo*, quod Graeci appellant *βόδιον*.

Bubleum est genus quoddam vini.

Buccina quae nos appellamus, Graeci *buchia* non a similitudine soni dicunt.

Bucephalus vocatus est equus Alexandri regis, propter quamdam bubuli capitis similitudinem.

Bucerrum pecus de bubus dicimus.

Bulgas Galli sacculos scorteos appellant.

Bulimam Graeci magnam famem dicunt, adfecti magnis & amplis rebus praepondere v. a. a magnitudine scilicet bovis. hinc est, quod grandes pueros *bupaedas* appellant: & masticam ficum, *busticon*.

Bulla aurea insigne erat puerorum praetectorum, quae dependebat eis a pectore, ut significaretur eam aetatem alterius regendam consilio. dicta autem est a Graeco sermone *βούλιον*, quod consilium dicitur. Latine, vel quia eam partem corporis bulla contingat, id est pectus, in quo naturale manet consilium.

Burratica potio appellatur lacte commixtū sapa. a rufo colore, quem *burrum* vocant:

Burranicum, genus vasis.

Burrum dicebant antiqui, quod nunc dicimus rufum. unde rustici *burrum* appellant *buculam* quae rostrum habet rufum. pari modo rubesci cibo ac potione ex prandio *burrus* appellatur.

Bustum proprie dicitur locus, in quo mortuus est combustus & sepultus. diciturque *bustum* quasi bene vstum. vbi vero combustus quis tantum modo, alibi vero est sepultus, is locus ab vrendo *ustrina* vocatur. sed modo *bustum*, eo, quod sepelitur, *sepulchra* vocamus.

Buteo genus avis, quae ex eo se alit, quod accipitri eripuit: vastitatisque est causa his locis, quae intraerit, ut *bubo*: a quo etiam appellatur *buteo*.

Buitubata, Naevius pro nugatoriis posuit, hoc est nullius dignationis.

C*acula* seruus militis. Plautus: Video *Caeculam* militarem. dicitur autē a Graeco *κακλος*, quod fustibus clavisq. ligneis ad tutelam dominorum armati soliti sint.

Caeculatum, seruitium.

Caedmea terra, quae in aes conicitur, ut fiat orichalcum.

Caedua auspicia dicunt, cum aliquid in templo excidit, veluti virga e manu.

Caeduosores legati pacem petentes. Caro: *Caeduosores*, inquit, nemo homo nocet.

Caecolant, caecis proximi sunt oculorum acie obrusa. Plautus: Num nam mihi oculi cae-

cultant: est ne hic noster *Hermio*?

Caeculare est caecos imitari.

Caeculus condidit Praeneste. Unde putat *Caecilios* ortos, quorum erat nobilis familia apud Romanos. Alij appellatos eos dicit a *Caecade* Troiano Aeneae comite.

Caecio vallū dicitur, in quo praecuti pali terrae adfixi, herbis vel frondibus occuluntur.

Caedem putant ex Graeco dici, quod apud illos *καταφον* significat interficere.

Caedere a caedendo dicitur.

Caeditiae tabernaculi in via Appia a domini nomine sunt vocatae.

Caclafis, caelaueris.

Caestria auguria vocant, cum fulminat, aut tonat.

Caelsibem dicitur existimant, quod dignam caelo vitam agat.

Caella, quod ea caelentur, quae volumus esse occulta.

Caena apud antiquos dicebatur, quod nunc est prandium. *Vesperna*, quam nunc *caena* appellamus.

Caenacula dicitur, ad quae scalis ascenditur.

Caerimoniarū causam alij ab oppido Caere dicta existimant: alij a caritate dicta iudicant.

Caesar, quod est cognomen Iuliorum, a caesare dicitur, quia scilicet cum caesare natus est.

Caesariati, comati.

Caesones appellantur ex vtero matris exfecti.

Caestus vocantur & ij, quibus pugiles dimicant, & genus quoddam muliebris ornatus.

Calasitunicae genus quod Graeci *καλασιτικόν* dicunt. Alij dicunt nodū esse tunicae muliebris, quo connexa circa cervicem tunica submittitur.

Calathos Graeci, nos dicimus quasi fillos.

Calatores dicebantur serui *καλοῦντες*, quod est vocare; quia semper vocari possent ob necessitatem seruitutis.

Calbeos armillas dicebant, quibus triumphantes utebantur, & quibus ob virtutem milites donabantur.

Calces ampullae plumbeae.

Calicata aedificia calce polita. *Calicatis* calce politis.

Calim antiqui dicebant pro clam: ut *nis* pro nobis, *sam* pro suam, *im* pro eum.

Caliptra genus vestimenti, quo capita operiebant.

Calix, quod in eo calidū bibitur: vel a Graeco *καλός*.

Calones, calcei ex ligno facti. *Calones* militū serui, dicti, quia ligaeas clauas gerebant, quae Graeci *καλά* vocant. Is quoque qui huiusmodi telo vitur, *clanator* appellatur.

Calpar vinum nouū, quod ex dolio demitur:

sacrificij causa ante, quam gustetur. Ioui
 prius sua vina libabant, quae appella-
 bantur *festi vinalia*. & Calpar gen⁹ vasis fictilis.
Capurnij a Calpo Numae regis filio sunt o-
 riundi.
Canara, & *canuri boues* a curuatione, ex Græ-
 co *καυρη* dicuntur.
Canelis virginibus supplicare nupturae soli-
 tae erant.
Camenae mulae a carminibus sunt dictae: vel
 quod canunt antiquorum laudes: vel quod
 sunt castae mentis praesides.
Canillus proprie appellatur puer ingenuus.
Cana dicunt Graeci, nos canistra, & per de-
 minutionem canistellā.
Canaliculae forenses, homines pauperes di-
 cti, quod circa canales fori consistere.
Canceri dicebantur ab antiquis, qui nunc per
 deminutionē *cancelli*, ex quo genere sunt
calces, qui per deminutionem appellantur
 calculi.
Candelabrum dictum, quod in eo candelae fi-
 gantur.
Canentes capitis ornamenta.
Canephora mulier appellatur, quae fert can-
 num, id est qualum, quod est cistae genus
Canicae fursures de farre, a cibo canum vo-
 catae.
Canitudo pro canitie. Plautus: Stultus est
 aduersus aetatem, & capitis canitudinem.
Canensem canforem Titinius pro pistore dixit.
Canta pro cantata ponebant.
Cantherius hoc distat ab equo, quod maialis
 a verre, capus a gallo, veruex ab ariete. est
 .n. catherius equus, cui testiculi amputati.
Canturnus nomen loci.
Capratum rugosum, a cornuum caprinorum
 similitudine dicitur.
Capidulum genus vestimenti, quo caput te-
 gebatur.
Capillatam vel capillarem arborem dicebant,
 in qua capillum tonsum suspendebant.
Capis poculi genus dictum a capiēdo.
Capita deorum appellabantur fasciculi facti
 de verbenis.
Capital facinus, quod capitis poena luitur.
Capital linteum quoddam, quo in sacrifici-
 is utebantur.
Capitalis locus, vbi siquid violatum est, ca-
 put violatoris expiatur.
Capitulum aes, quod capi potest.
Capras marinos equos Graeci a flexione po-
 steriorem partium appellant.
Caprae dictae, quod omne virgultum car-
 pant, siue a crepitu crurum. Vnde & *crepas*
 eas praesci dixerunt.
Capreoli vitium cincinnati intorti, quia ad lo-
 cum capiendum tendunt appellari.
Caprilla appellatur lager, qui vulgo ad Ca-
 praee paludes dici solet.

Capronae equorum iubae in frontem deue-
 xae, dictae quasi a capite pronae.
Capruniculum vas fictile.
Caprae a Graeco appellatur. Has illi *καυρη*
 dicunt.
Capit, prehenderit.
Capit locus dicitur ad sacrificandum legiū
 me constitutus.
Capuam in Campania quidam a Capy appel-
 latam ferunt, quem a pede introitus cur-
 uato nominatum antiqui, nostri *Falcone*
 vocant: alij a planicie regionis.
Capulum & manubrium gladij vocatur; & id
 quo mortui efferuntur. vtrunque a capiēdo
 dictum. sane a capulo fit capularis.
Caput ex Graeco, dictum quod illi interdum
καυρη dicunt.
Carinae, proba obiectantes, a carina dicti,
 quae est infima pars navis: sic illi foris in
 sumae.
Carissim apud Lucilium vastram significat.
Carisificis loco habebatur is, qui se vulnera-
 set, vt moreretur.
Casa a cauatione dicta.
Casaria, quae custodit casam.
Casum, antiquum.
Casus a coeundo dictus.
Casnam fabulam Plautus inscripsit ab ancil-
 lae nomine Casina, quam amari a senecro
 introduxit.
Casnar, senex Oschorum lingua.
Cassabundus crebro cadens.
Cassia via a Cassio strata.
Cassiculum, reticulum, a cassibus per deminutionem
 dictum.
Cassilum antiqui pro casside ponebant.
Cassa mola genus sacrificij, quod Vestales
 virgines faciebant.
Castris corona donabatur, qui primus ho-
 stium castra pugnando introisset. cui insigne
 erat ex auro vallum.
Casus dicimus non modo ea, quae fortuito
 hominibus accidunt, sed etiam vocabulo
 rum formas, quia in aliam, atque aliam
 cadunt effigiem.
Catachresin tropum nos abusionem dicimus,
 cum alienis abutimur perinde, ac propriis
 cum propria deficiunt.
Catamitum pro Ganymede dixerunt, qui fuit
 Iouis concubinus.
Catampo genus est lusus.
Catax, claudus.
Catifons, ex quo aqua Petronia in Tiberim
 fluit; dictus, quod in agro cuiusdam fue-
 rit Cati.
Catillatio graue opprobrium hominibus ge-
 nerosis obiciebatur, si qui prouincias a-
 micas populi Romani expoliassent.
Catillones appellabant antiqui gulofos.
Catonis appellantur portus in mari interio-
 res

res arte & manu facti.
Catularia porta Romae dicta est, quia non longe ab ea ad placandum caniculae fidus frugibus inimicum rufae canes immolabantur, vt fruges flauelcentes ad maturitatem perducerentur.

Catulinam carnem esitauisse, hoc est comedisse Romanos Plautus in Saturione refert.

Catulus genus quoddam vinculi, qui interdū canis appellatur.

Caudae cistellae ex iunco, a similitudine equinae caudae factae.

Caudicariae naues ex tabulis crassioribus factae.

Cauitres hostiae dicebantur, quod cauias, id est pars hostiae cauda tenus diceretur, & ponebatur in sacrificio pro collegio pontificum quinto quoque anno.

Cauillatio est iocosa calumniatio.

Cauillum, cauillatio, id est irrifio.

Cauitionem dicebant, quam modo dicimus cautionem.

Caulae, a cauo dictae, antiquitus enim ante vsum tectorum oves in antris claudabantur.

Cauum a chao dictum, & eius inanitate.

Celeres antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus, a Celere interfectore Remi qui initio a Romulo iis praepositus fuit, qui primitus electi fuerunt ex singulis curiis deni, ideoque omnino trecenti fuere.

Celibari hasta caput nubentis comebatur, quae in corpore gladiatoris steteret abiecti, occisi que vt quemadmodū illa coniecta fuerit cum corpore gladiatoris, sic ipsa cū viro sit, vel quia matronae Iunonis Curitis in tutela sint, quae ita appellabatur a ferenda hasta, quae lingua Sabinorum *curis* dicitur, vel quod fortes viros genituras ominetur, vel quod nuptiali iure imperio viri subiicitur nubens: quia hasta summa armorum, & imperij est, quam ob causam viri fortes ea donantur, & captiui sub eadem veneunt, quos Graeci *δουλοπύρις* καὶ *δουλοπύρις* vocant.

Celsus, ex Graeco *κίλινς* eques dictus.

Cenina vrbs, quae fuit vicina Romae, a Cenite conditore appellata.

Censere nunc significat putare; nunc suadere; nunc decernere.

Censio aestimatio. vnde *censores*. *Censio hastaria* dicebatur, cum militi multae nomine obdelictum militare indicebatur, quod hastas daret. *Censionem facere* dicebatur censor, cum multam equiti interrogabat.

Censores dicti, quod rem suam quisque tanti aestimare solitus sit, quantum illi censuerint.

Censui *censendo* agrī proprie appellantur, qui & emi, & venire iure ciuili possunt.

Centaurion medicamentum a Chirone centauro inuentum.

Centenariae caenae dicebantur, in quas lege Licinia non plus centussibus, praeter terra nata impendebatur: id est, centum assibus (qui erant breues nummi ex aere.)

Centenas pondo dicebant antiqui referentes ad libras.

Centumuiralia iudicia a centum viris sunt dicta. Nam, cum essent Romae triginta & quinque tribus, (quae & curiae dictae sunt) terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui centumviri appellati sunt; & licet quinque amplius, quam centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, centumviri sunt dicti. Centumuiralia iudicia, quae centumviri iudicabant.

Centuria in agris significat ducenta iugera: in re militari centum homines.

Centuriata comitia, (item curiata) dicebantur; quia populus Romanus (per centenas turmas diuilius erat.

Centuriatus ager in ducenta iugera definitus, quia Romulus centenis ciuibus ducenta iugera tribuit.

Centurionus anrea, qui nunc Centurio; & *curionus*, & *decurionus* dicebantur.

Cercolops genus simiae, quae vltimam partē caudae villosam habet.

Cercopa Graeci appellant lucrari vndique cupientem, quasi *κέρδινα*; quem nos quoque *lucronem* vocamus.

Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus: quia candelis pauperes, locupletes cereis utebantur.

Cermalus locus in vrbe sic nominatus.

Cernuus calciamenti genus.

Cerritus furiosus.

Cerrones leues & inepti a cratibus dicti: quod Siculi aduersus Athenienses cratibus proscutis sunt vsi, quas Graeci *κέρπας* appellant.

Cernaris ouis, quae pro cerua immolabatur, *Cernus*, quod *κέρπας*, id est cornua gerat, dictus.

Cespes est terra in modum lateris caesa, cum herba, siue frutex recisus & truncatus est.

Cesticillus appellatur circulus, quem superponit capiti, qui aliquid est laturus in capite.

Chalcidonicum genus aedificij, ab vrbe Chalcida dictum.

Chaos appellat. Hesiodus confusam quādam ab initio vnitatem hiantem, parentemque in profundum, ex eo & *χάος* Graeci, & nos *hiare* dicimus. Vnde *Tanas* detracta a spiratione nominatur ideo, quod fuerit omnium primus, cui primo supplicabat velut parenti, & a quo rerum omnium factum: putabant initium.

Chilo dicitur cognomento a magnitudine labrorum. *Cilo* sine aspiratione, cui frons est eminentior, ac dextra, sinistraque velut recisa videntur.

Choenica, mensurae genus.

Choragium, instrumentum scenarum.

Cibus appellatur ex Graeco, quod illi *peram*, in qua cibum recondunt, *καβητος* appellant.

Cicatricare, cicatricem inducere.

Cicum membrana tenuis malorum punctorum.

Cicindela genus muscarum, quod noctu lucescit, videlicet a candore. Vnde etiam *candelabra* putantur appellata.

Cicum avis noctua.

Ciere, nominare.

Cilium est folliculus, quo oculus tegitur. vnde fit *supercilium*.

Cillibae, mensurae rotundae.

Cimbri lingua Gallica latrones dicuntur.

Cimmerij dicuntur homines qui frigoribus occupatas terras incolunt. quales fuerunt inter Baia & Cumas in ea regione, in qua conuallis satis eminenti iugo circumdata est, quae neque matutino, neque vespertino tempore sole contegitur.

Cincta, locus Romae, vbi Cinciorum monumentum fuit.

Cincta flaminica veste velata.

Cingulo noua nupta praecingebatur, quod vir in lecto soluebat, factum ex lana ouis: vt sicut illa in glomos sublata coniuncta inter se fit, sic vir suus secum cinctus, vinculusque esset. Hunc Herculeo nodo vincitum vir soluit omnis gratia: vt sic ipse felix sit in suscipiendis liberis, vt fuit Hercules, qui lxx. liberos reliquit.

Cingulos appellabant homines, qui in his locis, vbi cingi solet, satis sunt tenues.

Cinctae Iunonis nomen sanctum habebatur in nuptiis, quod initio coniugij solutio erat cinguli, quo noua nupta erat cincta.

Circanea dicitur avis, quae volans circuitum facit.

Circites, circuli ex aere facti.

Circumstium ius praediorum.

Cispinus mons in vrbe Esquilinae regionis de nomine cuiusdam hominis dictus.

Cisterna dicta est, quod cis inest infra terram.

Citeria appellabatur effigies quaedam arguta, & loquax, ridiculi gratia, quae in pompa vehi solita sit. Cato in M. Caecilium. Quid ego cum illo disertè amplius, quem ego denique credo in pompa vestitatum ire ludis pro citeria, atque cum spectatoribus fermocinaturum?

Citimus, extremus. Vls enim facit vltra, vltimus: cis, citra, citimus.

Citior comparatiuum a cito. Plautus: Nullam

ego rem citiorem apud homines esse, quam famam reor.

Citrofa vestis appellata est a similitudine citri.

Civicam coronam cuius salutis suae causa seruatus in praelio dabat, quae erat iligera frondem habens perennem.

Clacendix, genus conchae.

Clama clauibus dictum, quod his, quae caelare volumus, claudimus.

10 *Claritudinem* claritatem.

Classis clypeatas antiqui dixerunt, quos nunc exercitus vocamus.

Classici testes dicebantur, qui signandis testamentis adhibebantur.

Classis procincta, exercitus instructus.

Claua teli genus, qua Hercules utebatur.

Clauata dicuntur aut vestimenta clauis inretexta, aut calciamenta clauis confixa.

20 *Claudere* & claus ex Graeco descendit. cuius rei tutelam penes Portumnum esse putabant, qui clauim manu tenere fingebatur, & deus putabatur esse portarum.

Claudiana tonitrua appellabantur, quia Claudius Pulcher instituit, vt ludis post scenam collectus lapidum ita fieret, vt veri tonitrus similitudinem imitaretur. nam antea leues admodum, & parui sonitus fiebant, cum clauis & lapides in labrum aeneum conicerentur.

30 *Clauim* consuetudo erat mulieribus donare ob significandam partus facilitatem.

Clausula, quam Graeci *καλοφωτια* vocant, a breui conclusione est appellata.

Clauus annalis appellabatur qui figebatur in parietibus sacrarum aedium per annos singulos, vt per eos numerus colligeretur annorum.

Clientam pro cliente Plautus dixit.

40 *Cingere* cingere a Graeco *κείειν* dici manifestum est.

Clitellae dicuntur non tantum eae, quibus sacinae conligatae mulis portantur, sed etiam locus Romae propter similitudinem, & in via Flaminia loca quaedam deuexa subinde & accliuia. est etiam tormenti genus eodem nomine appellatum.

Cluina auspicia dicebant, quae aliquid fieri prohibebant. omnia enim difficilia cluina vocabant. vnde & *clui* loca ardua.

50 *Cloacae* a conluendo dictae.

Cloacale flumen dixit Cato pro cloacarum omnium conluie.

Cloacare, inquinare. vnde & cloacae dictae.

Cloelia familia a Cloelio Aeneae comite est appellata.

Cloeliae fossae à Cloelio duce Albanorum dictae.

Clucidatum dulce, & suaue dicebatur.

60 *Clumae* folliculi ordei.

Cluna-

Clauaculum cultrum sanguinarium dictū; vel quia elunes hostiarum diuidit; vel quia ad elunes dependet.

Clunas simias a clunibus tritis dictas existimant.

Clunes masculini. Plautus: Quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos fero.

Clutum Graeci κλυτον dicunt. Vnde accepta praepositione fit *inclutus*. IN enim saepe augendi causa adiicimus, vt inuocauit, in clamauit.

Clypeum antiqui ob rotunditatem etiam corium bouis appellauerunt, in quo foedus Gabiorum cum Romanis fuerat adscriptum.

Cnasionas, acus, quibus mulieres scalpunt caput.

Cnephosum antiqui dicebant tenebriosum. Graeci enim νηφας appellant obscurum.

Cocetum genus edulij ex melle & papauere factum.

Coelacae dicuntur lapides ex flumine rotundi ad coclearum similitudinem.

Coclesiones dicti videntur a cunctatione, quod in emendis, vendendisque mercibus tarde pertentant ad iusti pretij finem. Itaque apud antiquos prima syllaba per V litteram scribebatur.

Coculum a cogendo dicitur, quia coquendo coartetur, vt ad vtilitatem vascendi pducatur.

Cocula vasa aenea coctionibus apta. alij cocula dicunt ligna minuta, quibus facile decoquantur obsonia.

Codeta ager, in quo frutices existunt in modum codarum equinarum. Codeta appellatur ager trans Tiberim, quod in eo virgulta nascuntur ad caudarum equinarum similitudinem.

Coelius mons dictus est a Coele quodam ex Etruria, qui Romulo auxilium aduersus Sabinos praebuit; eo quod in eo domicilium habuit.

Coeptiam futurum tempus ab eo, quod est coepi Cato: Coeptiam seditiosa verba loqui. Inuenitur quoque apud maiores & infinitiui modi *coepere*.

Cogitatum aduerbialiter, pro cogitare.

Cogitatio dicta velut coagitatio, id est longa eiusdem rei agitatio in eadem mora consilij explicandi.

Cognitor est qui litere alterius suscipit coram eo, cui datus est. *procurator* autem absentis nomine auctor fit.

Cognita facilia eadem ratione dicitur, qua dictu facilia, & perspectu, & factu facilia.

Cognomines dicitur, qui eiusdem sunt nominis.

Cohum lorum, quo temo buris cum iugo conligatur, a cohibendo dictum. Cohum poetarum caelum dixerunt a chaos: ex quo putabant caelum esse formatum.

Conquire, deputare.

Collus quoque masculine dixerunt. est enim genus tormenti e corio.

Colluuiaris porcus dicitur, qui cibo permixto & colluuiione nutritur.

Colophon dixerunt, cum aliquid finitum significaretur.

Colossus a Caleto artifice, a quo formatus est, dictus. Fuit enim apud Rhodum insulam statua solis alta pedes centum & quinque.

Columnae dictae, quod culmina sustineant.

Columna hastilia ex corno arbore facta.

Comedum bona sua consumentem antiqui dixerunt. Comedo comedonis, qui, vt supra, bona sua consumit.

Comissatio a vicis, quos Graeci νειμας dicunt, appellatur. in his enim habitabant prius, quam oppida conderentur, quibus in locis alij alios conuictus causa inuitabant.

Comitiales dies appellabant, cum in comitio conueniebant. qui locus a coeundo, id est simul veniendo dictus est.

Commentacula virgae, quas flamines portant pergentes ad sacrificium, vt a se homines amoueant.

Commentaculum genus virgulae, qua in sacrificiis utebantur.

Committere proprie est insimul mittere. Nunc eo utimur & pro facere, aut pro relinquere, aut pro incipere.

Commugento, conuocanto.

Comoedias constat appellari ex eo, quod initio in vicis iuuenes cantare soliti essent conuenientes.

Comoedice figuratum a comoedo. Plautus: Euge heus adstiristi & dulce, & comoedice.

Comparfit Terentius pro compefcuit posuit.

Compascuus ager, relictus ad pascendum communiter vicinis.

Comperce pro compefce dixerunt antiqui.

Compernes, nominatur homines genibus iusto coniunctis.

Compefcere est velut in eodem pascuo continere.

Compefcere lucum, est lucum suis finibus cohibere.

Compilare est cogere, & in vnum condere.

Compitalia festa, quae in compitis peragebant.

Compluriens a compluribus significat saepe. Cato: Contumelias mihi dixisti compluriens.

Comprades eiusdem rei populo sponsores.

Comptus, id est ornatus, a Graeco descendit, apud quos κομης dicitur comere. & κομης, quod apud hos comis. & comas dicitur capilli cum aliqua cura compositi.

Conauditum, coauditum; sicut coangustatum dicitur.

Conceptinae seriae festa dicebantur, quae in

certis diebus seruabantur quocannis, vt *sementinae, compitaliciae*.
Conciliabulum dicitur locus, vbi in concilium conuenitur.
Conciliatrix, dicitur, quae viris conciliat vxores, & vxoribus viros.
Concilium dicitur a populi consensu, siue conciliū dicitur a *concalando*, id est vocando.
Concinare est ante componere. *Concinere* enim conuenire est.
Concio conuentus dicta, quasi conuocatio. *Coacio* significat conuentum, non tamen alium, quam eum, qui a magistratu, vel a sacerdote publico per praekonem conuocatur. *Concionem* antiqui masculino genere posuere.
Concipulauisti dictū a Naetio pro corripuisti, & inuolasti.
Conclauatae dicebantur, quae sub eadem erant clauae.
Conclauia dicuntur loca, quae vna clauae clauduntur.
Condere, componere. *Condere* proprie est in vnum, & in interiorem locum dare ad custodiam faciliorem. quod verbum hunc significat conscribere: nunc facere: nunc componere, & instruere.
Condicere est dicendo denuntiare.
Condictio in diem certum eius rei, quae agitur, denuntiatio.
Condictum est, quod in communi est dictum.
Condulus anulus. *Condulium* similiter anuli genus.
Confecerunt, vna fecerunt.
Confeta sus dicebatur, quae cum omni fetu adhibebatur ad sacrificium.
Conflages loca dicuntur, in quae vndique confluunt venti.
Confodisti, foedere coniuncti.
Confugelam antiqui, confugium dicebant.
Congrere dictum est a gruibus, (quae non se segregant, siue cū volant, siue cū pascunt.)
Coniector, interpres somniorum.
Conitum genus libaminis, quod farina conspersa faciebant. *Conitū* Aftanius pro ornatu & excultu posuit.
Coniuola, occulta.
Conlatia oppidum fuit prope Romam, eo quod ibi opes aliarum ciuitatum fuerint conlatae: a qua porta Romae *Conlatina* dicta est.
Conlatium sacrificium dicitur, quod ex conlatione offertur.
Conlatium ventrem magnum, & turgidum dixit Plautus, quia in eum omnia edulia congeruntur.
Conlucare dicebant, cum profanae siluae rami deciderentur officientes lunini.
Conquirere, coercere.
Conrege, e regione.

Conrursari, conquirere. Plautus: *Conrursare* tua consilia in pectore.
Conscripti dicebantur, qui ex equestri ordine patribus adscribebantur, vt numerus Senatorum expletur.
Consensia sacra, quae ex multorum consensu sunt statuta.
Considerare a contemplatione siderum videtur appellari.
Consilium vel a consulendo dicitur, vel quod in vnam sententiam plurium mentes consiliant & conueniant. sed a silentio creditur dicitur putatur, quo maxime inuenitur.
Consilueret Ennius pro conticuere posuit.
Consiprum apud Ennium pro conscriptum reperitur. *Consiprum* clauis praefixum.
Consponsor, coniurator.
Consponsor antiqui dicebant fide mutua conligatos.
Consternatio, quae est concitatio quaedam sedita ex aliquo metu; a sternutamento deducta est: quod eo toto concutimur corpore.
Constitutus hominum a consistentium multitudinem appellatur.
Consualia ludi dicebantur, quos in honorem Consi faciebant, quem deum consilij putabant.
Consuetudinem Plautus pro consuetudine dixit.
Consulas antiqui ponebant, non tantum pro consilium petas, & perconteris: sed etiam pro iudices, & statuas.
Contagionem esse dicendum, non contagium.
Contemplari dictum est a templo; id est loco, qui ab omni parte aspici, vel ex quo omnis pars videri potest, quem antiqui templum nominabant.
Contestari est, cum vterque reus dicit, Testes estote. *Contestari* litem dicuntur duo, aut plures aduersarij, quod ordinato iudicio vtraque pars dicere solet, Testes estote.
Contignum frustum carnis cum septem costis demptum.
Contrarium aes, graue aes.
Contubernales dicuntur a tabernis, quae fiebat ex tabulis. vnde & *tabernacula* dicta sunt, licet ex tentoriis, & ex pellibus fiant.
Contubernium dicitur contubernalium habitatio.
Contuoli oculi sunt in angustum coacti coniuuentibus palpebris.
Conuallis est planities ex omni parte comprehensa montibus, collibusue. *Vallis* duobus lateribus inclusa planities. *Vallis* deminutiuum vallicula facit.
Conuentae conditio dicebatur, cum primus sermo de nuptiis, & earum conditione habebatur.
Conuentus quattuor modis intelligitur. Vno cum

- cum quemlibet hominem ab aliquo conuenientum esse dicimus; Altero, cum significatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in vnum locum; Tertio, cum a magistratibus iudicij causa populus congregatur; Quarto cum aliquē in locum frequentia hominum supplicationis, aut gratulationis causa colligitur.
- Conuocium* est ex omni parte declinatū, qualis est natura caeli, quod ex omni parte ad terram versus declinatum est.
- Conuiciam* a vicis in quibus prius habitatum est, videtur dictum; vel immutata littera quasi conuocium.
- Conuotū*, iisdem votis obligati.
- Copona* taberna copii dicta.
- Coquitare* pro coctitare, id est frequenter coquere, Plautus posuit.
- Coquum* & pistorem apud antiquos eundem fuisse accepimus. Naeuius, Coquus, inquit, edit Neptunum, Venerem, Ceterem significat per Cererem panem, per Neptunum pisces, per Venerem holera.
- Corbitae* dicuntur naues onerariae: quod in malo earum summo pro signo corbes solerēt suspendi.
- Corculum* a cogde dicebant antiqui solertem, & acutum. Plautus in Casina: Ego sum liber Meum corculum melliculum, verculum.
- Corda* frumēta, quae sero maturescunt, vt fennum errdum.
- Corro* apud antiquos pro aduerbio, quod est profecto, ponebatur.
- Corinthiensis* ex eo dici coeperunt, ex quo coloni Corinthum sunt deducti, qui antea Corinthij sunt dicti. quam consuetudinem seruamus etiam, cum Romanēses, & Hispanienses, & Sicilienses negotiatores dicimus, qui in alienis ciuitatibus negotiantur.
- Corius* apud antiquos masculino genere dicebatur. Plautus: Iam tibi tuis meritis crassus corius redditus est. Pari modo diuerso genere dicebant, haec ludus, haec metus, haec amnis, hic frons.
- Corniscarum* diuarum locus erat trans Tiberim cornicibus dicatus, quod in Iunonis tutela esse putabantur.
- Cornua* Liberi patris simulachro adiciuntur, quem inuentorē vini dicunt: eo quod homines nimio vino truces fiunt.
- Corolla* deminutiuum est a corona. corollam noua nupta desloribus, verbenis, herbisq; a se lectis sub amiculo ferebat.
- Corona*, cum videatur a choro dici, caret tamē aspiratione. siue coronae dicuntur, quod cohonorent eos, quibus imponuntur.
- Corpulentus* Ennius pro magnis dixit. nos corpulentū dicimus, corporis obesi hominē.

- Cossi* ab antiquis dicebatur natura rugosi corporis homines, a similitudine vermiū ligno editorum, qui cossi appellantur.
- Cotiliae* lacus appellatur, quod in eo est insula Cotilia nominata a Graecis.
- Coturnium* vas, quo in sacrificiis vinum fundebatur.
- Coturnix* appellatur a sono vocis.
- Cracentes* graciles. Ennius: Succincti gladiis media regione cracentes.
- Craticulum* a Graeco *κράτιον* deducitur.
- Crebrisuro* apud Ennium significat vallū crebris furis, id est palis, munitum.
- Creduas*, credas. Plautus: Ipus nec amat, nec tu creduas.
- Creperum*, dubium. vnde *increpitare* dicimus, quia male dicta fere incerta, & dubia sūt.
- Crepidines*, saxa prominentia.
- Crepitulum* ornamentum capitis. id enim in capitis motu crepitum facit.
- Crepus* Romani lupercos dicebant a crepitu pellicularum, quem faciunt verberantes. Mos enim erat Romanis in lupercalibus nudos discurrere, & pellibus obuias quaque feminas ferire.
- Creterre* vocabulum trahitur a cratere, quod vas est vini.
- Creui* modo significat hereditatem adij: modo maior aetate, vel censu sum: modo iudicau: modo diuisi. quae omnia a duobus verbis cresco, & cerno veniūt: cuius vnus origo ex Graeco trahitur, quod illi *κράτειν* dicunt perficere.
- Crines* a discretionē dicti, quam Graeci *κρίσην* appellāt. nam iidem eos *κρίδα* vocāt.
- Crocatio*, coruorum vocis appellatio.
- Crocotilum* valde exile. Plautus: Extortis talis cum crocotilis crusculis.
- Crocotinum* genus operis pistoriij.
- Crucium*, quod cruciat. Vnde Lucilius vinum insuaue crucium dixit.
- Crumina* sacculi genus. Plautus: Dij bene vortant, tene, tene, crumina minuerint triginta minae.
- Crusculum* deminutiuum a crure.
- Crustariae* tabernae a vasis potioris crustatis dictae.
- Crustumina* tribus a Tuscorum vrbe Crustumina dicta.
- Cubam* Sabini vocant eam, quam militares lecticam. vnde videtur deriuatū esse *cubiculum*.
- Cubans* auspicatur, qui in lecto quaerit augurium.
- Culcita*, quod tomento inculcatur, appellata.
- Culigna* vas potorium. Cato, Culigna, inquit, in foeno Graeco ponito, vt bene oleat. Culigna vas vinarium a Graeco dicta, quam illi dicunt *κὺλιγνα*.
- Culina* vocatur locus, in quo epulae in fune-

re comburantur.
Culiola cortices nucum viridium, dicta a similitudine culeorum, quibus vinum siue oleum continetur.
Culticula fusticulus quidem ligneus in sacris dicebatur.
Cumalter significat cum altero, dictum ab antiquis ita breuitatis causa, ut *fodes* pro *si audes*, scilicet pro *scias licet, sis pro si vis*.
Cumeram vocabatur antiqui vas quoddam, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis vtenfla, quod & camillum dicebant, eo quod sacrorum ministrum *αμύλλου* appellabant.
Cumerum vas nuptiale a similitudine cumerarum, quae sunt palmae vel sparteae ad usum popularem, sic appellatum.
Cum imperio esse dicebatur apud antiquos, cui nominatim a populo dabatur imperium.
Cum populo agere, hoc est populum ad concilium, aut comitia vocare.
Cum potestate esse dicebatur de eo, qui a populo alicui negotio praeficiebatur.
Cuncti significat quidem omnes, sed coniuncti & congregati; at vero omnes etiam si diuersis locis sint.
Cuniculum, id est foramen sub terra occultum, aut ab animali, quod simile est lepore, appellatur, quod subterfossa terra latere est solitum; aut a cuneorum similitudine, qui omnem materiam intrant findentes.
Cumire est sterco facere. vnde & inquinare.
Cupes, & cupedia antiqui lautiores cibos nominabant. inde macellum forum cupedinis appellabant. Cupedia autem a cupiditate sunt dicta. vel, sicut Varro vult, quod ibi fuerit Cupedinis equitis domus, quae fuerat ob latrocinium damnata.
Cupressi mortuorum domibus ponebantur ideo, quia huius generis arbor excisa non renascitur; sicut ex mortuo nihil iam est sperandum, quam ob causam in tutela Dis patris esse putabatur.
Curia dicta est, quasi eor edat; vel quia cor vrat.
Curatores dicuntur, qui pupillis loco tutorum dantur. siue illi, qui rei frumentariae, agrisque diuidendis praepositi sunt.
Curia, locus est, ubi publicas curas gerebant. **Calabra** curia dicebatur, ubi tantum ratio sacrorum gerebatur. Curiae etiam nominantur in quibus vniuscuiusque partis populi Romani quid geritur. quales sunt eae, in quas Romulus populum distribuit numero triginta. (quibus postea additae sunt quinque:) vt in sua quisque curia sacra publica faceret, serialisque observaret. hisque curijs singulis nomina Curiarum virginum imposita esse dicuntur, quas virgines quoddam Romani de Sabinis rapuerunt.
Curiales eiusdem curiae, vt tribules, & muni-

cipes. **Curiales flamines** curiarum sacerdotes. **Curiales mensae**, in quibus immolabatur Iunoni, quae Curis est appellata.
Curata comitia a curijs appellata.
Curij fano. a Curio dicta, quia eo loco domum habuerat.
Curionem agnum Plautus pro mactio dixit, quasi cura macruisset.
Curionia sacra, quae in curijs fiebant.
Curionium aes dicebatur, quod dabatur curioni ob sacerdotium curionatus.
Curis est Sabine hasta. Vnde Romulus Quirinus, quia eam ferebat, est dictus; & Romani a Quirino *Quirites* dicuntur. Quidam eum dictum putant a Curibus, quae fuit vrbs opulentissima Sabinorum.
Curitum Iunonem appellabant, quia eandem ferre hastam putabant.
Curriculo pro cursum ponebat. Plautus, Licet, inquit, vos abire curriculo.
Curriculus deminutiuum est a curru.
Curij locus appellatur a Curtio, qui eo loco in profundissimum se ob salutem populi Romani proiecit hiatum.
Curules equi quadrigales. Curules magistratibus appellati sunt, quia curru vehebantur.
Custulirem pro ignauo dicebant antiqui.
Custodelam dicebant antiqui, quam nunc dicimus custodiam.
Custoditio est opera ad custodiendum quid supra.
Cutis Graecam habet originem hanc enim illi *κύτος*, dicunt.
Cybele mater, quam dicebant magnam, ita appellabatur, quod ageret homines in furorem, quod Graeci *κύβηλος* dicunt. Cybele vero eadem dicta a loco, qui est in Phrygia.
Cybius dictum, quia eius medium aequae patet in omnes partes, quod genus a geometris *κύβητος* dicitur. Vnde etiam tessellae quadratae *κύβητος*. Hinc & *κύβητος* genus piscis, quia piscatus id genus piscium velut aleam ludat.
Cyllenius Mercurius dictus, quod omnem rem sermone sine manibus conficiat, quibus partibus corporis, qui carent, *κύνει* vocantur; ideoque quadratum eum fingunt. Alij volunt sic appellatum, quod in Cyllenia vrba sit nutritus. Alij quod in monte Arcadiae Cyllene. Alij quod a Cyllene sit nymphea educatus.
Cymbam Graeci appellant *κύμβαλον*.
Cymbium poculi genus a similitudine nauis, quae dicitur cymba, appellatum.
Cynthius Apollo a Cynthio Deli monte vocatur.
Cyparissiae appellatur acies quaedam igneae, quae noctu apparere solent ad similitudinem cupressi.
Cyparissiae dicuntur ignes prodigiosi a similitudine cypressorum.
Cypria Venus, quod ei primum in Cypro insulae templum sit constructum, vel quia parientibus

tibus praesideat, quod Graeco *κύν* patere sit.

Cyprio boui merendam, Ennius sotadico ver su cum dixit, significat id, quod solet fieri in insula Cyprio, in qua boues humano stercore pascuntur. Idem cum dicit, Propter stagna, ubi lanigerum genus piscibus pascitur, esse paludem demonstrat, in qua nascuntur pisces similes ranunculis, quas oues confectatae edunt.

Cythera, Venus ab vrbe Cythera, in quam primum deuecta esse dicitur concha, cum in mari esset concepta.

D

Dacrimas pro lacrimas Livijs saepe posuit, nimirum, quod Graeci appellant *δακρυα*. Item *dantia*, quae lautia dicimus, & dantur legatis hospitij gratia.

Daedalam a varietate rerum, artificiorumque dictam esse apud Lucretium terram, apud Ennium Mineruam, apud Virgilium Circeam, facile est intelligere: cum Graece *δαίμων* significet variare.

Dagnades sunt auium genus, quas Aegyptij inter potandum cum coronis deuincere soliti sunt, quae vellicando, morficandoque & canturiendo assidue non patiuntur dormire potantes.

Dalium supinum ait esse Aurelius, Aelius stultum. Oscorum quoque lingua significat insanum. Sanna vero dici putat ipsum quem Graeci *δαίμων*, id est propter cuius fatuitatem quis misereri debeat.

Damium sacrificium, quod fiebat in aperto in honorem Bonae deae, dictum a contrarietate, quod minime esset *δαίμων*, id est publicum. dea quoque ipsa *δαίμων*, & sacerdos eius *δαίμων* appellabatur.

Damistae, feneratores.

Dannus, dant.

Daps apud antiquos dicebatur res diuina, quae fiebat aut hiberna semente, aut verna. quod vocabulum ex Graeco deducitur, apud quos id genus epularum *δαψή* dicitur. Itaque & *daptice* se acceptos antiqui dicebant, significantes magnifice, & *dapticum negotium* amplum, ac magnificentum.

Dasi, dari.

Dannia Appulia appellatur a Dauno Illyricae gentis claro viro, qui eam propter domesticam seditionem excedens patria occupauit.

Deactio, peractio.

Deblacterare est stulte loqui. Nam Graeci *βλάκω*: stultos appellant.

Decalcatum calce litum.

Decernina dicuntur: quae decerpuntur purgandi causa.

Decima quaeque veteres dijs suis offerebant.

Decotes togae detritae.

Decrepitus est desperatus crepera iam vita: ut *crepusculum* extremum dici tempus. Sicut decrepitus dicitur, quia propter senectutem nec mouere se, nec vllum facere potest crepitem.

Decultarum, valde occultarunt.

Decumana oua dicuntur, & *decumani* fluctus, quia sunt magna. nam & ouum decimum maius nascitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur.

Decumanus appellatur *limes*, qui fit ab ortu solis ad occasum. Alter ex transuerso currens appellatur *cardo*.

Decures, decuriones.

Decuriones appellantur, qui denis equitibus praesunt.

Deidra intelligitur valde data.

Defomitatum a fomitibus succisum, quibus confoueri erat solitum.

Defensam detritam, atque detonsam.

Defru dicebant antiqui, ut deamare, deperire: significantes omnem fructum percipere.

Degere antiqui posuerunt pro expectare.

Degumere degustare.

Deinceps qui deinde cepit: ut *princeps*, qui primum cepit.

Deincipem antiqui dicebant proxime quenque captum, ut principem primum captum.

Deinde compositum est ex praepositione, & loci significatione: ut exinde, perinde, proinde, subinde: quae item tempus significant.

Delapidata, lapide strata.

Deliberare a libella, qua quid penditur, dictum.

Delibrare aquam sulco deriuare.

Delicare ponebant pro dedicare.

Delicata dicebant dijs consecrata, quae nunc delicata. Vnde adhuc manet *delicatus*, quasi lusui dicatus. *Dedicare* autem proprie est dicendo deferre.

Delicia est tignum quod a culmine ad regulas angulares infimas versus fastigatum collocatur, vnde *rectum deliciarum*, & *regulae deliciares*.

Delinquere est praetermittere, quod non oportet praeteriri. Hinc deliqua & delicta.

Delicium solis a delinquendo dictum, quod delinquit in cursu suo.

Deliquum apud Plautum significat minus.

Delubrum dicebant fustem delibratum, hoc est decorticatum, quem venerabantur pro deo.

Deluit, soluit. a Graeco *δύω*.

Demagis pro minus antiqui dicebant.

Deminutus capite appellatur, qui ciuitate mutatus est: & ex alia familia in aliam adoptatus: & qui liber alteri mancipio datus est: & qui in hostium potestate ve-

nit: & cui aqua, ignique interdictum est. *Demoe* apud Ateicos sunt, vt apud nos pagi. *Demum* quod significat post, apud Luuium *demus* legitur. Alij *demum* pro duntaxat posuerunt. *Denariae* caeremoniae dicebantur, & *tricenariae*, quibus sacra adituris decem continuis diebus vel triginta certis quibusdam rebus carendum erat. *Denicales* feriae colebantur, cum hominis mortui causa familia purgabatur. Graeci enim *νεκρω* mortuum dicunt. *Deorata*, perorata. *Depeculatus* a pecore dicitur, qui enim populum fraudat, *peculatus* poena tenetur. *Deperire* significat valde perire. *Depositum* perfectum, quia omnes perfectiones antiqui politiones appellabant. *Depontani* senes appellabantur, qui sexagenarij de ponte deiciabantur. *Deprehensa* dicitur genus militaris animaduersionis castigatione maior, ignominia minor. *Depubem* porcum lactantem, qui prohibitus sit pubes fieri. *Depunere*, caedere, Lucilius: palmisque misellam Depuuit me. id est, verberauit me. *Deipsum* ex Graeco est *ωρειο*. *Diēs*: Graeci appellant pelles nauticas, quas nos vocamus *segestria*. *Derogare* proprie est, cum quid ex lege veteri, quo minus fiat, sancitur lege noua. derogare ergo detrahere est. *Desiderare* & considerare a sideribus dici certum est. *Desuare* desinere. *Despretus*, valde spretus. *Deteriae* porcae, id est macilentae. *Detrahare* est male tractare. *Detudes* esse detentos deminutos. *Deuersus* dicebant deorsum versus. *Deuitare*, valde vitare. *Deus* dictus est, quod ei nihil desit vel quia omnia commoda hominibus dat: siue a Graeco *θεος*, quod significat metum; eo quod hominibus metus sit. sed magis constat id vocabulum ex Graeco *θεος*, esse dictum a piratione dempta, qui mos antiquis nostris frequens erat. *Deotans* dicitur, quia a se desit *sextans*, quem admodum duodeuiginti & deunx. *Dextrimum* & sinistimum antiqui dixerunt. *Deuina* auspicia, prospera. *Dextrarum* tibiarum genus est, quae dextra tenentur. *Diabathra* genus solearum Graecanicarum. *Dianius* locus Dianae sacratissimus. *Dicassit*, dixerit. *Dice* pro die antiqui posuere. *Dicarchia* vocabatur, quae nunc Puteoli: 60

quod ea ciuitas quondam iustissime regebatur. *Dicimos* erat Romanis in omnibus sacrificiis, precibusque, **POPULO ROMANO, VIRITIBVSQ**, quod est Curensibus quae ciuitas Sabinorū potentissima fuit. *Dithyia* Diana, quam esse lunam putabant, dicta quod fulgore suo noctu omnia ostendat. *10 Diectum* dicebant per antiphtasin, volentes significare malum diem. *Dies* dictus, quod diuini sit operis, siue ab Ioue eius, vt putabant, rectore, qui Graece *Δία* appellatur. siue quod aether diurnus dehisceat in candorem. *Disfarreatio* genus erat sacrificij, quod inter virum, & mulierem fiebat dissolutio. dicta *disfarreatio*, quia fiebat farreo libo adhibito. *20 Dignorant* signa imponunt, vt fieri solet in pecoribus. *Dilaniare* est discindere, & quasi lanam trahere. vnde *lacrima* & *lanis* dicitur, qui pecus discindit. *Dilectus* militum, & is, qui significatur amatus, a legendo dicti sunt. *Diabolares* meretrices dicuntur, quae duobus obolis ducuntur. *Diomeda* insula in qua Diomedes sepultus est excedens Italia. *30 Diomedis* campi in Appulia appellantur, quic in diuisione regni, quam cum Dauid fecit, cesserunt. *Diox* genus piscis frequens in ponto. *Dirigere* apud Plautum inuenitur pro discedere. *Diruncunt*, depurgant. *Dirus*, dei ira natus. *Dirutum* aere *militem* dicebant antiqui, cui stipendium ignominiae causa non erat datum: quod aere diruebatur in fiscum, non in militis saeculum. *40 Disertim* pro diserte dixerunt antiqui. *Disertiones*, diuisiones patrimoniorum inter consortes. *Disertus* a disertendo dictus. *Dispensatores* dicti, qui aere pensantes expendebant, non adnumerabant. hinc deducuntur expensa, siue dispensata, vel compensata: item compendium, dispendium, asspondium, dupondium. *Dispescere* est proprie pecus a passione deducere, vt compescere vna pascere, & in vno loco continere. *Disfulcus* porcus dicitur, cum in ceruice feras diuidit. *Distisum*, & pertisum dicebant, quod nunc *distesum*, & pertesum. *Diuidiam*, discordiam. *60 Diuidicula* antiqui dicebant, quae nunc sunt castella.

castella, ex quibus a riuo communi aqua
quisque in suum fundum ducit.

Diurni antiqui ex Graeco appellabatur, vt a deo
ortum, diurnum sub caelo lumen *ἡμέρας*.
Vnde adhuc *sub die* fieri dicimur, quod non
sit sub tecto; & *interdium*, cui contrarium est
nocturnum. **Diurni**, quod sub caelo est extra te-
ctum, ab Ioue dicebatur. & **Dialis flamen**, &
Diui heroum aliquis ab Ioue genus ducens.
Diui fulgur appellabatur diurnum, quod puta-
bant Iouis, vt nocturnum Summani.

Doli vocabulo nunc tantum in malis vimur:
apud antiquos autem etiam in bonis rebus ve-
tebatur. vnde adhuc dicimus *Sine dolo ma-
lo*; nimirum, quia solebat dici & bonus.

Doliola, locus in vrbe sic vocatus, quia inua-
dentibus Gallis Senonibus vrbe, sacra in
eodem loco doliolis reposita fuerunt. qua de
causa in eodem loco ne despuere quidem
alicui licebat.

Donus a Graeco venit *δῶν*.

Donaticae coronae dictae, quod his victores
in ludis donabantur, quae postea magni-
ficentiae causa institutae sunt super modum
aptarum capitibus, quali amplitudine sunt
cum lares ornantur.

Donum ex Graeco est, quod illi vocant *δῶν*.

Dorsum dictum, quod pars ea corporis de-
uexa sit deorsum.

Dotem manifestum est ex Graeco esse. nam *δο-
τῆρα* dicitur apud eos dare.

Dracones dicti *δράκων*, quod est videre.
clarissimam enim dicitur habere oculorum
acie. qua ex causa incubantes eos thesauris
custodiae causa sinxerunt antiqui. Ideoque
Aesculapio adtribuntur; quod vigilantissi-
mi generis putantur. quae res medicinae
maxime necessaria est.

Dubius apud antiquos dicebatur, qui nunc
dominus.

Dubitat, Dubitat.

Duco, cum pro puto ponimus, ex Graeco de-
ducitur, quod illi dicunt *δύω*.

Duellum, bellum. videlicet quod duabus par-
tibus de victoria contententibus dimica-
tur. Inde & *perduellus*, qui pertinaciter reti-
net bellum.

Duicensus dicebatur cum altero, id est cum fi-
lio, census.

Duidens hostia bidens.

Duis duas habet significationes. nam & pro
dis ponebatur, & pro dederis.

Dumecta antiqui, quasi dumiceta appellabatur,
quae nos dumeta.

Dumosa, frondosa.

Duodeviginti dicendi consuetudine a Graecis tra-
xisse videmus, qui sic enuntiant *δωδεκείκοντι*.

Duonum, bonum.

Duplicatus, duplicabis.

Duplicem antiqui dicebant, quod nos duplicem.

venit autem a Graeco *δύω*.

Dusimosa in loco apud Liuium significat dumo-
sum locum. antiqui enim interferebant S
litteram, & dicebant committere pro com-
mittere, & *caemenae* pro *caemenae*.

E

Eamus ex Graeco *ἔαμι*.

Eapso, caipso.

Eccere iurandum est, ac si dicatur per Ce-
rerem, vt *accator*, *aedepol*. alij *eccere* pro
ecce positum accipiunt.

Edeatre, qui praesunt regis epulis, dicti *ἐπι-
δαιμονοί*.

Edecimata, electa.

Ederam flammis diali neque tangere, neque
nominare fas erat: pro eo quod *edera* vin-
cit ad quodcumque se applicat. Sed ne an-
nulum quidem gerere ei licebat solidum,
aut aliquem in se habere nodum.

Effasatum exertum, quod scilicet omnes exer-
to brachio sint exilati, id est extra vesti-
mentum filo contextum.

Effari, & *effata* a *fando*, quod ipsum ex Graeco
ἔφασι.

Effata, elocuta.

Egens velut *exgens*, cui ne gens quidem sit
reliqua.

Egeriae nymphae sacrificabant praegnantes,
quod eam putabant facile conceptam al-
uum egerere.

Egretus & *adgretus* ex Graeco sunt ducta, a
surgendo, & proficiscendo. Vnde & *Nyctegre-
ta*, quasi noctilurgium.

Eimatio significat id, quod desideretur, non
posse praestari. Plautus: *eimant* militiam.

Elacatena, genus salsamenti, quod appellatur
vulgo *malandrea*.

Elaudare plus, quam nominare.

Elecebrae argentariae meretrices, ab *elicia* a-
do argento dictae.

Eleclabo, eliciam.

Elices sulci aquarum, per quos aqua collecta e-
ducitur elixis.

Elinguem sine lingua.

Elixa a liquore dicta.

Elucum significat languidum, ac semisomnum:
vel, vt alij volunt, allucinatore, & nugarum
amatorem. siue halonem, id est hester
no vino languentem, quem *ἑλκων* vocitant
Graeci.

Elumbem, euulso lumbo.

Em pro eum ab eo, quod est is.

Emancipati duobus modis intelliguntur, aut
ij, qui ex patris iure exierunt; aut ij, qui a-
liorum sunt dominij. quorum vtrumque
fit mancipatione.

Emem, eundem.

Emere quod nunc est mercari, antiqui accipie-
bant pro sumere.

Empanda, paganorum dea.

Empitium militem, mercenarium.
Emusitatus, ad amussim facta.
Endoitiu, initium.
Endoplorato, implorato, quod est cum questio-
 ne in clamare. *Implorare* namque est cum
 fletu rogare, quod est proprie vapulantis.
Endoprocinctu, in procinctu, significat autem
 cum ex castris in praelium exitum est. *pro-*
cinctos quasi praeinctos, atque expeditos.
 nam apud antiquos togis incincti pugna- 10
 se dicuntur.
Ennam, etiam ne.
Enubro, inhibenti.
Enunquam, ecquando.
Epeus nomē cuiusdam fabri, qui equum Du-
 reum fecit.
Epicroem genus amiculi croco tinctum, te-
 nue, & perlucidum.
Epilimma genus vilissimi vnguenti.
Epistylum trabs, quae super columnas poni- 20
 tur.
Epolonos dicebant antiqui, quos nunc epulo-
 nes dicimus. Datum autem est his nomē,
 quod epulas indicēdi Ioui, ceterisque diis
 potestatem haberent.
Epulam antiqui etiam singulariter posuere.
Epulares appellabatur, qui in quibusdam lu-
 dis nocte epulabantur.
Equestre aes, quod equiti dabatur.
Equiria ludī, quos Romulus Marti instituit 30
 per equorum cursum, qui in campo Mar-
 tio exercebantur.
Equirine, iusturandum per Quirinum.
Equo vehi flamine diali non licebat, ne si lon-
 gius digrederetur, sacra neglegerentur.
Equitare antiqui dicebant equum publicum
 merere.
Equus Marti immolabatur, quod per eius ef-
 figiem Troiani capti sint: vel quod eo ge-
 nere animalis Mars delectari putaretur.
Ertum citraque sit inter consortes, ut in li-
 bris legum Romanorum legitur. *Ertum*
 a coercendo dictum, unde & *erciscundae*
 & *ercisci*. *Citum* autē est vocatū a ciendo.
Erebum Vergilius interdum obscuritatē quā-
 dam esse describit apud inferos, cum ait:
 Imas Erebi descendit ad umbras. Interdū
 flumen eiusdē loci, dicens. Et magnos Ere-
 bi trāsnauimus amnes. Vatro vero Erebo
 natam noctem ait. Vnde est & illud: Erebo
 creata fulcis crinibus nox te inuoco. 50
Ergo correptum significat idem, quod apud
 Graecos οὐ: producte, idem quod *χαεο*,
 hoc est gratiascum scilicet gratia intelligen-
 tur pro causa. Sed illud superius etiam li-
 ne exemplis notum est: hoc inferius, sic for-
 matur: cum dicimus de aliquo, statua do-
 natus est honoris, virtutisque ergo, id est
 honoris, virtutisque causa.
Ertundo, seruitudo.

Erugere semel factum significat, quod *eructa-*
re saepius illud enim perfectae formae est
 hoc frequentatiuae.
Eruum & *eruilia* a Graeco sunt dicta, quia il-
 li *eruum* *ερεος*, *eruilia* *ερεων* appel-
 lant.
Escariae mensae quadratae vocantur, in qui-
 bus homines epulantur. *Anclabris* ea quae
 in sacrificando diis auclatur, quod est hau-
 ritur, ministraturque.
Escit erit.
Esboicim talentum nummo Graeco septem-
 millium, & quingentorum cistophorum
 est, nostro quattuor millium denario-
 rum.
Eudiaeon lineam filum, quod medici extre-
 mo in clysterio relinquunt, per quod cli-
 mos emittitur.
Euelatum, euentilatum. Vnde *velabra*, quibus
 frumenta ventilantur. 20
Euerriator vocatur, qui accepta iure heredita-
 te iusta facere defuncto debet. quae si non
 fecerit, seu quid in ea re turbauerit suo ca-
 pite luat: id nomen ductum a verrendo.
 Nam *exuerraa* sunt purgatio quaedā do-
 mus, ex qua mortuus ad sepulturam ferē-
 dus est, quae fit per euerriatorem certo ge-
 nere scoparum adhibito, ab extra verredo
 dictarum.
Eum antiqui dicebant pro eorum.
Europam tertiam orbis partem ab Europa A-
 genoris filia certum est appellari. Sed ali-
 de amore Iouis in taurum versi narrant.
 Alij eam a praedonibus raptam, & nauem,
 quae Iouis tutelam effigiem tauri habue-
 rit, in eam regionem esse delatam. Quidā
 ob pulchritudinem regionis per simula-
 tionem raptae filiae occupatam eam ter-
 ram ab Agenore, & Phoenigibus fe-
 runt.
Exarogen, euectionem.
Examen est & acquamentum, & iudicij inue-
 stigatio, & apum congregatio, vel locu-
 statum.
Examussim, regulariter. *amussis* enim regula-
 fabrorum est, vel, ut alij volunt, ferramentum,
 quo in poliendo vtuntur.
Exanchere, exhaurire.
Exbuetes exinteratas; siue exbuae, quae ebi-
 berunt, quasi epotae. 50
Excedere, egredi.
Excisionem vrbis a caedendo dictam mani-
 festum est.
Exciet, excutiet.
Excipuum, quod excipitur, ut *praecipui*, quod
 ante capitur.
Excudere, pro cedere, & iucus ipsa a tudendo
 dicta sunt.
Exedo sua, dorsum confringes alij exime.
Exduite, exuuiac.

Exemplum est, quod sequamur, aut vitemus: *exemplar*, ex quo simile faciamus. Illud animo aestimatur, istud oculis conspicitur.

Exercerent, sarcirent.

Exercitationem exerciti dicebant antiqui: exercitationem exercitati. Item exercitiorem, exercitissimum; sicut ab exercitato, exercitatiorem, exercitissimum.

Exercitus & militum copia dicitur: & homo multis negotiis exercitus. sed superius quarti ordinis, hoc secundi est.

Ex esto, extra esto: sic enim licet in quibusdā sacris clamitabat *hostis*, *vinctus*, *mulier*, *virgo exesto*, scilicet interesse prohibebatur.

Exst purgamentū, vnde adhuc manet suffitio.

Exsuti, exsuti; vt merat pro mensat.

Exegregiae, egregiae: id est e grege lectae.

Exhaustant, effterunt.

Exiles & ilia a tenuitate viarum, quas Graeci in chartis ita appellāt, videntur esse dicta.

Exilia causa, quae aduersus exulem agitur.

Eximium inde dici coeptum, quod in sacrificiis optimū pecus e grege eximebatur: vel quod primum erat natum.

Exim metri causa dicitur pro exinde.

Exinsulabat exerebat. insulas enim sacerdotum, filamenta vocabant.

Existimare dictum est ab aestimatione.

Exitum antiqui ponebant pro exitu. nunc exitum pessimum exitum dicimus.

Exodium exitum.

Exomides sunt comici vestit' exercitis humeris.

Exoletus qui adolescere, id est crescere desit.

Exoriri surgere.

Exopillato brachio exerto; quod cum sit, papilla nudatur.

Expatave, in locum patentem se dare, siue in spatium se conferre.

Expectorat, ex pectore eiicit.

Expergius, ab alio excitatus; quem solemus dicere expergefatum.

Experitos, imperitos.

Experrectus, a corrigendo se vocatus; quod fere facimus recentes a somno. *Experrectus* est, qui per se vigilare coepit.

Explent, explent.

Explorare antiquos pro exclamare vsos, sed postea prospicere, & certum cognoscere coepit significare. itaque speculatox ab exploratore hoc distat, quod *speculatox* hostilia silentio perspicit, *explorator* pacata clamore cognoscit.

Exporgere, porro agere, exporrigere.

Experta antiqui dicebant, quasi expertia habita.

Exrogare est, ex lege veteri aliquid eximere per nouam legem.

Extra dicti, quod ea diis profecentur, quae maxime extant, eminentque.

Externus est alienae terrae.

Exterraneus ex alia terra. *Exterraneus* quoque dicitur, & qui ante tempus natus, vel potius eiectus est. dictus autem *exterraneus* quod eum mater exterita aluo eiecit.

Extimum extremum significat, ita vt intimo sit contrarium.

Extrarium ab extraneo sic distinguitur. *extrarium* est, qui extra focum, sacramentum, iusque sit. *extraneus* ex altera terra, quasi *exterraneus*.

Exurgentes, exprimentes.

Exumiae ab exundo dictae.

F

F *Abam* nec tangere, nec nominare *Dial* flammis licet, quod ea putatur ad mortuos pertinere. Nam & lemuralibus iacitur laruis, & parentalibus adhibetur sacrificiis. & in flore eius luctus litterae apparere videntur.

Fabiani, & *Quintiliani* appellabantur luperci a Fabio & Quintilio praepositis suis.

Facem in nuptiis in honorem Ceteris praeferebant, aquaque spargebatur noua nuptae: siue vt casta, puraque ad virum veniret; siue vt ignem atque aquam cum viro communicaret.

Faces antiqui dicebant, vt fides.

Facessere significat interdum facere, vt est; Iulla facessunt. interdum vero pro abire ponitur. *Pacuius*: *Facessite* omnes hinc. id est abite.

Factio & *factiosus*, initio honesta vocabula erant. vnde adhuc factiones histrionum, & quadrigariorū dicitur. Modo autē nomine factionis seditio, & arma vocantur.

Facul antiqui dicebant, & *faculter* pro facile. vnde *facultas* & *difficultas* videtur dicta. Sed postea *facilitas* morum facta est, *facultas* rerum.

Fagatal sacellum Iouis, in quo fuit fagus arbor, quae Ioui sacra habebatur.

Falae dictae ab altitudine a falando, quod apud Etruscos significat caelum.

Falarica, genus teli missile, quo vtuntur ex falis, id est ex locis extractis dimicantes.

Falcones dicuntur, quorum digiti pollices in pedibus intro sunt curuati, a similitudine falcis.

Faleri oppidum a sale dictum.

Falsus, & *falsior* cum rationabiliter dici possunt, non tamen sunt in consuetudine.

Fama a fando dicta. sic apud Graecos *φήμη* a *φῆμι* & *φήμι*.

Famelicosam terram, terram palustrē vocabāt.

Famella deminutiuum a fama.

Familia antea in liberis hominibus dicebatur, quorū dux & princeps generis vocabatur pater, & mater familiae. Vnde familiae nobilium *Pompiliorum*, *Valeriorum*,

Corneliorum, & *familiares* ex eadem

familia. postea hoc nomine etiam *famuli* appellari coeperunt permutata I cum V littera.

Familiaris Romanus, priuatus Romanus.

Famino, dicitur.

Famuletum dicebatur, quod nunc seruitium.

Famuli origo ab *Oscis* dependet, apud quos seruus famel nominabatur. vnde & familia vocata.

Fana, quod fando consecrantur.

Fanatica dicitur arbor fulmine icta.

Fanum a Fano dictum; siue a fando; quod dicitur pontifex dedicat, certa verba fatur.

Farfenum virgulti genus.

Farrago appellatur id, quod ex pluribus satis pabuli causa datur iumentis.

Farrum, genus libi ex farre factum.

Fartores, nomenclatores; qui clam velut infarcirent nomina saluatorum in aurem cap didati.

Fascinum, & fas, a fando nominantur.

Fastigium aedificij summum.

Fastus diebus iucunda fari licebat; ne fastis quaedam non fari licebat.

Fastorum libri appellantur; in quibus totius anni fit descriptio. Fasti enim dies fasti sunt.

Fatantur, multa fantur.

Fauentia bonam ominationem significat. Nam praecones clamantes, populum sacrificijs fauere iuebant. Fauere enim est bona fari. at veteres poetae pro silere vsi sunt fauere.

Fauis, a fauendo.

Fauissae locum sic appellabant, in quo erat aqua inclusa circa templa. Sunt autem, qui putant fauissas esse in Capitolio caelitis cisternisque similes; vbi reponi erant solita ea, quae in templo vetustate erant facta inutilia.

Fausulum porcellum, feturam porcorum.

Februarius mensis dictus, quod tum, id est extremo mense anni, populus februareretur, id est lustraretur, ac purgaretur: vel a Iunone Februata, quam alij *februalis*, Romani *februlum* vocant: quod ipsi eo mense sacra fiebant, eiusque feriae erant Iupercalia, quo die mulieres februarantur a Iupercis amiculo Iunonis, id est pelle caprina. quam ob causam is quoque dies *februatus* appellabatur. Quaecumque denique purgamenti causa in quibusque sacrificijs adhibentur, *februa* appellantur. Id vero, quod purgatur, dicitur *februatum*.

Fedon antiqui dicebant pro hedo, solus proholere, fostim pro hoste, fostiam pro hostia.

Felices arbores Cato dixit, quae fructum ferunt, infelices quae non ferunt.

Femur serpotis, & semen feminis, feneco, & 60.

fenecor dici potest;

Fenus appellatur naturalis terrae fetus; ob quam causam & nummorum ferus *fenus* est vocatum, & de ea re leges fenestrae. *Fenus*, & fenerator, & lex de credita pecunia. *Fenebris*, a fetu dicta, quod crediti numeri alios pariant, vt apud Graecos eadem res *féris* dicitur, *fenum* quoque pratorum ab hac causa est appellatum, quando idipsum manens quorannis nouum parit. Vnde etiam *festuca* vocata est.

Feralia, diis manibus sacrata festa, a ferendis epulis, vel a feriendis pecidibus appellata.

Ferulum genus libi dictum, quod crebrius ad sacra ferebatur, nec sine fruce, altero genere libi. quae qui adferebant, *struferctarij* appellabantur.

Ferentarij, auxiliares, in bello, a ferendo auxilio dicti. vel quia fundis, & lapidibus pugnabant, quae tela feruntur, non tenentur ita appellari. Ferentarij leuis armaturae pugnatore.

Feretrius Iuppiter dictus a ferendo, quod pacem ferre putaretur, ex cuius templo sumebant sceptrum, per quod iurarent, & lapidem silicem, quo foedus ferirent.

Feria a feriendis victimis appellata.

Feriae statae appellabantur, quod certo staturoque die obseruarentur.

Ferias antiqui festas vocabant. & aliae erant sine die festo, vt nundinae; aliae cum festo, vt Saturnalia, quibus adiungebantur epulationes ex prouentu ferus pecorum frugumque.

Ferire dictum, quod ferientes feruntur.

Ferociter, apud Gatonem, Ferociter agit. *Fiueret* idem pro figere.

Ferus ager incultus.

Fescenina versus, qui canebantur in nuptiis, ex vrbe Fescenina dicuntur allati. siue ideo dicti, quia fascinum putabantur arcere.

Fesnoe vocabantur, qui depellere fascinum credebantur.

Festram antiqui dicebant, quam nos fenestra;

Feriales a feriendis dicti. apud hos enim belli, pacisque faciendae ius est.

Fiber genus bestiae quadrupes. Plautus Sicome subes cotidie, quasi fiber salicem. quo nomine extremae fluminis orae appellantur. Vnde & *fibras* iocinorum, & *simbrias* vestimentorum dicimus.

Ficolea palus ficulneus.

Fides genus citharae dicta, quod tantum inter se chordae eius, quantum inter homines fides, concordent. cuius deminutium, *fidicula* est.

Fiducia a fide denominata, ea, quae maxime fidei erant.

Filicata patera dicta, quod ad silicis herbae speciem sit caelata.

Filicōnes mali & nullius vsus, a filice dicti.

Firmum dicitur quod *firmum*, dictum videtur.

Fiscellus casei mollis appetitor, vt *castillos* catillorum liguitores.

Fisculas, fibulas.

Flagrantes dicebatur genus hominum, quod mercede flagris caedebantur.

Flamearj infectores flamei coloris; *violarij* violatij coloris dicuntur.

Flamen Dialis dictus, quod filo assidue velerur. indeque appellatur flamen, quasi filamea. Dialis autem appellatur a Dio, a quo vita dari putabatur hominibus.

Flameo amicitur nubens ominis boni causa, quod eo assidue utebatur *Flaminica*, id est Flaminis vxor, cui non licebat facere diuortium. Flameo vestimento Flaminica utebatur, id est Dialis vxor, & Iouis sacerdos, cui telum fulminis eodem erat colore.

Flaminia dicebatur sacerdotula, quae *Flaminicae* Diali praeministrabat, eaque *patri-mes*, & *matrimis* erat, id est patrem, matremque adhuc viuos habebat.

Flaminiae aedes domus flaminis Dialis.

Flaminus camillus puer dicebatur ingenuus patrimis, & matrimis, qui Flaminii Diali ad sacrificia praeministrabat. antiqui enim ministros *camillos* dicebant. Alij dicunt omnes pueros ab antiquis camillos appellatos, sicut habetur in antiquo carmine, cum pater filio de agricultura praeciperet: Hiberno puluere, verno luto, grandia farra Camille metes.

Flaminus circus, & via Flaminia a Flaminio consule dicta sunt, qui ab Annibale interfectus est ad lacum Trasimenum.

Flaminus licitor est, qui Flaminii Diali sacrorum causa praesto est.

Flator, tibicen.

Flemina dicuntur, cum ex labore viae sanguis defluit circa talos.

Floriferum dictum, quod eo die spicae feruntur ad sacrarium.

Flumentana porta Romae appellata, quod Tiberis partem ea fluxisse affirmant.

Fluoniam lunonem mulieres colebant, quod eam sanguinis florem in conceptu retinere putabant.

Fustra dicuntur, cum in mari fluctus non mouentur, quam Graeci *κατακλις* vocant.

Focus, fomenta, focillationes, foculi, a fouendo, id est calefaciendo, dicta sunt.

Fodare, fodere.

Foedus appellatum ab eo, quod in paciscendo foedere hostia necaretur. Vergilius: & caesa iungebant foedera porca. vel quia in foedere interponatur fides.

Folium a Graeco venit, quod illi dicunt *φολιον*, sed ideo per vnum; quia antiqui non

geminabant consonantes.

Folliculare appellatur pars remi, quae folliculo est lecta, a quo vita follicularis.

Fomites sunt assulae ex arboribus, dum caeduntur excussae, dictae, quod in eo opere occupati, cibis, potuque confouentur. At Opilius adustas iam vites vocari existimat fomites. alij vocari putant scintillas, quae ex fetto candenti maleis excutuntur. dictae autem ita, quia igni sunt conforae. pari modo *ussulae*, quae sunt securibus excussae.

Fons a fundendo dicitur.

Fontinalia fontium sacra. vnde & Romae fontinalis porta.

Forago filum, quo textrices diurnum opus distinguunt, a furando dictum.

Forbeam antiqui omne genus cibi appellabant, quam Graeci *ποσβλα* vocant.

Forcipes dicuntur, quod his forma, id est calida capiuntur.

Fordicidii boues fordae, id est grauidae, immolabantur, dictae a fetu.

Forma significat modo faciem cuiusque rei; modo calidam, vt cum exta, quae dantur, *deforma* appellantur. Et Cato ait de quodam aedificio aestate frigido, hieme formido. Itē forma appellatur puls miliatia ex melle.

Formiae oppidum appellatur ex Graeco, velut hormiae, quod circa id crebrae stationes, tutaeque erant, vnde proficiscebantur nauigaturi.

Formuales forcipes dictae, quod forma capiant, id est feruentia.

Fornacalia feriae institutae sunt farris torredid gratia. quod ad fornacem, quae in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat. *Fornacalia* sacra erant, cum far in fornaculis torrebant.

Fortis frugi, & bonus, siue validus.

Forum sex modis intelligitur. ¶ Primo, negotiationis locus, vt forum *Flaminium*, forum Iulium, ab eorum nominibus, qui ea fora constituenda curarunt, quod etiam locis priuatis, & in viis, & in agris fieri solet.

¶ Alio, in quo iudicia fieri, cum populo agi, conciones haberi solent. ¶ Tertio, cum is, qui prouinciae praest, forum agere dicitur, cum ciuitates vocat, & de controuerfiis eorum cognoscit. ¶ Quarto, cum id forum antiqui appellabant, quod nunc vestibulum sepulchri dici solet. ¶ Quinto, locus in nauis, sed tum masculini generis est, & plurale. ¶ Sexto, fori significant Circensia spectacula, ex quibus etiam minores forulos dicimus. Inde & *forare*, & *foras*

clare, & *fores*, & *foras*, & *forecula*, id est ostiola dicuntur.

Fouij, qui nūc Fabij dicuntur, dicti, quod prin-

ceps gentis eius ex ea natus sit, cum qua Hercules in fouca concubuit. Alij putant cum primum ostendisse quemadmodum vrsi & lupi foueis caperentur.

Fragere, displicere.

Frater a Graeco dictus est *φράτης*, vel quod sit frater alter.

Fratilli, villi sordidi in tapetis.

Fratrare puerorum mammae dicuntur, cum primum tumescunt, quod velut fratres pariter oriuntur. quod etiam in frumento spica facere dicitur.

Fratria, vxor fratris.

Fransus eris, fraudem commiserit.

Fraxare, vigiliam circumire.

Fregellae locus in vrbe, in quo ciuitatis scilicet hospites habitauerunt.

Fremitum dictum velut ferimentum.

Frondere est frangere. vnde est *saba fressa*: vnde & dentibus dici mus frondere.

Frequentarium, frequentem.

Frigire & frictum a Graeco venit *φριγειν*.

Fringilla avis dicta, quod frigore cantet, & vigeat. vnde & *fringere*.

Frinola sunt proptie vasa fictilia quassa. Vnde dicta *verba frinola*, quae minus sunt fide subnixa.

Frontem antiqui masculino genere dixere.

Frugamenta a frugibus appellata.

Fruisitor & frumitū dixit Cato, nosque, cum adhuc dicimus *infrunitum*, certum est antiquos dixisse frunitum.

Frutinal templum Veneris fruti.

Frux frugis dixerūt antiqui fructū & fructū.

Fucilis fallā, dicta autem quasi fucata.

Fulgere prisci pro ferire dicebant. Vnde *fulgur* dictum est.

Fulgurium id, quod est fulmine ictum, qui locus statim fieri putabatur religiosus, quod cum Deus sibi dicasse videretur.

Fulmen dictum a fluore flammae.

Fundus dicitur ager, quod planus sit ad similitudinem fundi valorum. Fundus quoque dicitur populus esse rei, quam alienat, hoc est auctor.

Funebres tibiae dicuntur, cum quibus in funere canitur, quas Flamini audire putabant illicitum.

Furelles, sunt furcilla, quibus homines suspendebant.

Furnalia sacra Furinae, quam deam dicebāt.

Furum genitiuus pluralis a fure.

Furuum nigrum, vel atrum. hinc dicta *furnus*, *furia*, *funus*, *fuligo*, *fulgus*, *funus*. *Furuum* bonum, id est nigrum, immolabant Auerno.

Futare, augere est. vnde & *consutare*. Sed Cato hoc pro saepius fuisse posuit.

Futiles dicuntur, qui silere tacēda nequeunt, sed ea effundunt. sic & *vasa futilia* a fundendo vocata.

*G***Alia** Caccilia appellata est, vt Romam venit, quae antea Tanaquil vocitata erat vxor Tarquinij Prisci regis Romanorum. quae tantae probitatis fuit, vt id nomen omnis boni causa frequentēt nubentes, quam summam asseuerant lanificam fuisse.

Galbeum, ornamenti genus.

Gallam bibere, ac rugas conducere ventri, cum ait Lucilius; praemonet parsimonia esse vtendum, neque gulae indulgendum, vtremque coartandum.

Galli qui vocantur Matris Magnae comites dicti sunt a flumine, cui nomen est Gallo. quia qui ex eo biberint, in hoc furere incipiunt, vt se priuente virilitatis parte. Alij putant ideo eos sibi genitalia incidere, quia violauerint nomen patris, matrisve, ne possint ipsi fieri parentes.

Ganeum antiqui locum abditum, ac velut sub terra dixerunt. Terentius: Vbi illum quaeram? credo abductum in ganeum.

Gannitio, canum querula murmuratio.

Galearia a galearum similitudine dicta.

Gaudium *δὸν τῶν γαυρῶν* dictum.

Gaulus, genus nauigij paene rotundum.

Gemula sub minimo digito pedis tuberculum, quod gemere faciat eum qui id gerat.

Genas Ennius palpebras putat, cum dicit hoc versu: Pandite sulti genas, & corde relinquite somnum. Alij eas partes putant genas dici, quae sunt sub oculis. Pacuuius genas putat esse, qua barba primum oritur, hoc versu: Nunc primum opacat flore lanugo genas.

Geniales deos dixerunt aquam, terram, ignē, aerem. ea enim sunt semina rerum, quae Graecorum alij *σοφεία*, alij *σπίγυρα* vocant. Duodecim quoque signa, lunam, & solem inter deos computabant. Geniales autem dicti a gerendo, quia plurimum posse putabantur, quos postea gerulos appellarunt.

Genialis lectus, qui nuptiis sternitur in honorem genij, vnde & appellatur.

Genium appellabant deum, qui vim obtineret rerum omnium gerendarum. Aufustius, genius, inquit, est deorum filius, & parens hominum, ex quo homines gignuntur. & propterea *genius* meus nominatur, quia me genuit. Alij genium esse putarunt vniuersiuusque loci deum.

Gens Aelia appellatur, quae ex multis familiaribus conficitur.

Gentilis dicitur & ex eodem genere ortus, & is qui simili nomine appellatur. vt ait Cincius: *gentiles* mihi sunt, qui meo nomine appellantur.

Gemini dentes, quod a genis dependent.

Genus dictum putatur a terrae Graeco vocabulo, quam *γῆν* dicunt.

Germen est, quod ex arborum furculis nascitur, vnde & germani, quasi eadem stirpe geniti.

Gerrae, crates vimineae. Athenienses cum Syracusas obsiderent, & crebro gerras poscerent, irridetes Siculi, gerras clamitabant. Vnde factum est, vt gerrae pro nugis, & contemptu dicantur.

Gerusia civia ab aetatis vocabulo dicta.

Gestis, qui subita felicitate exhilaratus, nimio corporis motu praeter consuetudinē exultat.

Gestus, quo indicatur, quid geratur, praeter participium, quod a gerendo deducitur.

Gesum graue iactum.

Gigeria ex multis obsoniis decerpta.

Gingeriator tibicen.

Gingriue anserum vocis proprium est. Vnde genus quoddam tibiaram exiguarū *gingriuae*.

Gliscere crescere est, & *gliscerae*, mensae gliscetes, id est, crescentes per instructionem epularum scilicet.

Glittis subactis, leuibus, teneris.

Glocire & *glocidare* gallinarum propriū est, cum ouis incubiturae sunt.

Glomus in sacris crustulū cybij figura & oleo coctum appellatur.

Gloria a Graeca voce dicta. hanc enim illi *κλῆρος* vocant.

Glos, viri foror, a Graeco *γλῶσς*.

Glucidatum, suauē & iucū dum. Graeci enim *γλυκύ* dulcem dicunt.

Gluma hordei tuniula: dictum, quod glubatur id granum. vnde & *pecus glubi* dicitur, cuius pellis detrahitur.

Gnacus & corporis insigne, & praenomen, a generando dicta esse, & ea ipsa ex Graeco *γενεῖν* apparet.

Gnariganit significat, apud Liuium, narrauit.

Gnaruisse, narraisse.

Gnarus cum significet id, quod sciens, peritus, tamen inuenimus *prognare* significare appetere.

Gnephosum, obscurum: videlicet ex Graeco, quod est *κρυπτός*.

Gnitus, & *gnixus* a genitibus prisci dixerūt.

Gnotus, cognitu.

Gracchuris vrbis Iberae regionis, dicta a Graccho Sempronio, quae antea Illurcis nominabatur.

Gracculi a sono oris vocati. siue a gerendo dicti, quod iacta segetum semina plurimum gerant, vel quod ex oliuetis cubitū se recipientes duas pedibus baccas, tertiā ore ferant.

Gradius Mars appellatus est a gradiēdo in bella vltro citroque: siue a vibratione hastae, quod Graeci dicunt *κρηδῆσθαι*: vel vt alij dicunt, quia gramine sit ortus, quod interpretantur, quia corona graminea in re militari maximae est honorationis.

Graeca sacra, festa Cereris ex Graecia translata, quae ob inuentionem Proserpinae matronae colebant. quae sacra dum non essent matronae, quae facerent propter eandem Cannensem, & frequentiam lugentium; insitutum est, ne amplius centū diebus lugeretur.

Grallatores appellabantur pantomimi, qui vt in saltatione imitentur aegipanas, adiectis perticis furculas habentibus, atque in his superstantes ad similitudinem cursū eius generis gradiebantur, vtique propter difficultatem consistendi. Plautus: Vinceretis cursu ceruas, & grallatorem gradu.

Gramiae oculorum sunt vitia, quas alij *glamas* vocant.

Grando guttae aquae concretae solito grandiores.

Grassari antiqui ponebant pro adulari. *grassarij* autem dicuntur latrones vias obsidentes. *gradi* siquidem ambulare est. vnde tractum grassari, videlicet ab impetu gradiendi.

Graustellus, senior. Plautus: qui est graustellus, qui aduenit: vt puto graustellus a grauitate dictus.

Graue aes dictum a pondere, quia deni asses, singuli pondo libras, efficiebant denariū ab hoc ipso numero dictū. Sed bello Punico populus Romanus pressus aere alieno, ex singulis assibus librariis senos fecit, qui tantundem valerent. Item *nummi quadrigati*, & *bigati* a figura caelaturae dicti.

Grauida est, quae iā grauat conceptu: *praegnans* velut occupata in generando, quod conceperit. *incipiens* propinqua partui, quod incitatus sit fetus eius.

Greges ex Graeco dici, quos illi *αγέλας* solent appellare.

Gricensa funis crassus.

Groma appellatur genus machinulae cuiusdā, quo regiones agri cuiusque cognosci possunt, quod genus Graeci dicūt *γρόμων*.

Gruere dicuntur grues, vt suēs *grumire*. vnde tractum est *congruere*, hoc est conuenire, quia id genus volucrū minime soliuagum est.

Grumus, terrae collectio minor tumulo.

Gulliocae nucum iuglandium summa, & viridia putamina.

Gurgustium genus habitationis angustum, a gurgulione dictum.

Gutturinum vas, ex quo aqua in manus datur.

tur: ab eo quod propter oris angustiam guttatum fluat.

H

Habitior, pinguior.

Habitus, habitus corporum.

Halapantia significat omnia mentientem. ab eo quod halet omnia. *άλαν* enim Graeci *άλαν*, id est fallentem appellant.

Hallus, pollex pedis scandens super proximum, dictus a fallendo. nam *άλλομαι* Graece, Latine significat fallio.

Hamo cognominatus, quia in arena putatur inuentus. quae Graece hoc nomine *άμμος* appellatur. cui cornua adfiguntur arietis, a genere pecoris inter quod inuentus est.

Hamotrachones alij piscatores, alij qui vno cadauera trahunt.

Hanula parua delubra quasi fanula.

Harniga dicebatur hostia, cuius adhaerentia inspiciebantur exta.

Hastae subiiciebantur ea, quae publice veni dabant: quia signum praecipuum est hasta. Nam & Carthaginenses cum bellum vellent, Romam hastam miserunt: & Romani fortes viros saepe hasta donarunt.

Hebes, retuli acuminis.

Hecate, Diana, eadem putabatur & luna, & Proserpina.

Hedera dicta, quod haereat: siue quod edita petat, vel quae id cui adhaerit, edat. quae in tutela Liberi putabatur esse, quia vt ille iuuenis semper, ita haec viret, vel quia ita omnia, sicut ille metes hominum illigat.

Heliconides musae a monte Helicone vocatae, **H**eluacea, genus ornamenti Lydij, dictum a colore bouum, qui est inter rufum & albu, appellaturque **heluus**.

Helueus ab hiatu & oscitatione dictus.

Helueta, holera minuta.

Heluo dictus est immoderate bona sua consumens, ab eluendo. Cui aspiratur, vt auiditas magis exproberetur. sit enim vox incitator.

Helus & **helusa** antiqui dicebant, quod nunc holus, & holera.

Hemina ex Graeco *ήμιον*, quod est dimidia pars sextarij.

Hemona humana, & **hemonem** hominem dicebant.

Herbando, cum ait Plautus, significat, victum me fateor: quod est antiquae, & pastoralis vitae indicium. nam qui in prato cursu, aut viribus contendebant, cum superati erant, ex eo solo, in quo certamen erat, decerpam herbam aduersario tradebant.

Herbilis anser, herba pastus, qui gracilior est, quam frumento alius.

Hercens Iuppiter intra conspectum domus cuiusque colebatur, quem etiam deum pe-

netralem appellabant.

Herules astrologus dictus, quod eo die se famis iniecit, quo futura erat obscuratio solis.

Heres, id est aduerbium temporis heri, dictum a Graeco *ήχις*.

Heredium, praedium parvulum.

Herem Marteam antiqui accepta hereditate colebant. quae a nomine appellabatur **heredum**, & esse vna ex Martis comitibus putabatur.

Heres apud antiquos pro domino ponebatur.

Herma a Graecis ponitur pro firmamento. Vnde etiam Mercurij nomen inuentoris, vt putabant, firmae orationis dictum. Interdum etiam saburram significat.

Hernici dicti a faxis, quae Marfi **herma** dicunt.

Hetta resminimi pretij, quasi **hieta**, id est hiatus hominis, atque oscitatio. Alij pufulam dixerunt esse, quae in coquendo pane solet adfurgere. a qua accipimus rem nullius pretij, cum dicimus, *non hette te facio*.

Heus aduerbium vocandi a Graeco *ή* venit. **H**ilarodos, lasciuus & delicatus carminis cantor.

Hilum putant esse, quod grano fabae adhaeret. ex quo **nihil**, & **nihilum**.

Hippacare est celeriter animam ducere. ab equi halitu, qui est supra modum acutus.

Hippagines nauis, quibus equi vehuntur, quas Graeci *ήππες* dicunt.

Hippus, id est equester, Neptunus dictus est, vel quod Pegasus ex eo, & Pegaside natus sit: vel quod equuleus, vt putant, loco eius suppositus Saturno fuerit, quem pro Neptuno deoraret: vel quod tridentis icetu terra equum excierit. cui ob hoc in Illyrico quaternos equos iaciebatur mono quoque anno in mare.

Hippocoum vinum ex insula Coe, dictum ab agro generoso, cui nomen est Hippo.

Hira, quae deminutiue dicitur **hilla**, quam Graeci dicunt *ήρα*, intestinum est, quod ieiunium vocant.

Hircipili duorum pilorum homines.

Hirquit, alij pueri primum ad virilitatem accedentes. a libidine scilicet hircorum dicti.

Hirrire, garrire, quod genus vocis est canis rabioiae.

Histriones dicti, quod primum ex Histria venerint.

Holidocos latro, atque obsessor viarum.

Homelium pilei genus.

Honorarios ludos, quos & liberalia dicebant.

Hortum, & **fortum**, pro bono dicebant.

Horda praegnans. vnde dies, quo grauidae hostiae

hostiae immolabantur, *hordicidia*.
Hordiarium aes, quod pro hordeo equiti Romano dubatur.
Horreum antiqui dicebant *farreum*, a farre.
Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur, quod ibi, qui arma capere possent, orirentur.
Hostia dicta est ab eo, quod est *hostire*, ferire.
Hosticapax, hostium captor.
Hostilis laribus immolabatur, quod ab his hostes arceri putabant.
Hostimentum, beneficij pensatio.
Hostis apud antiquos peregrinus dicebatur, & qui nunchostis perduellis.
Humanum sacrificium dicebant, quod mortui causa fiebat.
Hyperborei supra aquilonis statum habitantes dicti, quod humanae vitae modum excedant viuendo ultra centesimum annum, id est *ὕπερ βαρβάρους ἔτη* saeculi humani.
Hyperionem alij patrem solis, alij ipsum, quod eat super terras, ita appellatum putabant.

I

Iambi vocabantur, qui singuli ex profecio loquebantur: *triambi*, qui terni.
Ianeus, ianitor.
Ianiculum dictum, quod per eum populus Romanus primitus transierit in agrum Etruscum.
Iannal, libi genus, quod Iano tantum modo libatur.
Ibi dicitur, cum locus semel demonstratur, ibidem cum saepius.
Icadion, nomen faeuissimi piratae.
Icarus, percussit.
Idulus ouis dicebatur, quae omnibus Idibus Ioui mactabatur.
Iecunarium victimarium.
Igitur nunc quidem pro completionis significatione valet, quae est ergo; sed apud antiquos ponebatur pro inde, & postea, & tum.
Ignem ex domo Flaminia efferri non licebat, nisi diuinae rei gratia.
Ignia vitia vasorum fictilium.
Ignis Vestae si quando interfectus esset, virgines verberibus afficiebantur a Pontifice, quibus mos erat tabulam felicitis materiae tam diu terebrare, quousque exceptum ignem cribro aeneo virgo in aedem ferret.
Ignitabulum, ignis receptaculum.
Ilia dicta ab ima, quae pars chartae est tenuissima.
Ilicet, sine dubio.
Imponebant pro cum, a nominatiuo is.
Imago ab imitatione dicta.
Imbarbescere, barbatum fieri.
Imbelliam, belli inscientiam.
Imbrex, nomen cuiusdam comici.

Imbrica tempestate pluuiam videtur significare.
Imbutum est, quod cuiuspiam rei succum bibit. vnde infantibus, an velint bibere, dicentes *bu* syllaba contenti sumus.
Immanis, ferus, siue magnus.
Immolare est mola, id est farre molito, & sale hostiam perspersam sacrare.
Immunis, vacans munere. aliquotiens pro improbo ponitur, vt apud Plaurum: *Immune* est facinus.
Immasculus lauis genus, quam alij regulum, alij ossifragam dicunt.
Immutulus ales ex genere aquilarum est, sed minorum virium, quam aquilae, quae volucris raro, & non fere, praeterquam vere apparet; quia aestum, algoremque meruit. appellatur autem ita, quod subito, & inexpectata se immitat.
Impages dicuntur, quae a fabris in tabulis figuntur, quo firmitus cohaereant. a *pangendo*, id est figere. vnde poetae *pangere versus* dicuntur, & agricolae *pangere plantas*, id est insigere.
Imparem numerum antiqui prosperiore hominibus esse crediderunt.
Impares tibiae numero foraminum discretae.
Imparentem, non parentem, hoc est obedientem.
Impelimenta, impedimenta dicebant.
Impenetrabile, cuius vltimum penetrabile intrare non licet.
Impensam, stipem, aes sacrum, quod nondum erat pensum.
Imperito, paruito, futurum ab imperatio.
Impercere, in laetam legentem pascendi gratia immittere.
Impetix, impetigo.
Impetritum, impetratum.
Impetum, industrium, indulgentem perinde composita ait Verrius, atq; *impunis*, & *immanis*, mihi non satis persuadet.
Impiatus, sceleratus.
Impite, impetum facite.
Implexum, implicatum, quod Graeci *ἰμπερὶ ὑψόν* dicunt.
Implorare, inclamare, ad auxilium inuocare.
Impluuium, quo aqua impluit collecta de tecto. *Compluuium*, quo de diuersis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum.
Impolitas Censores facere dicebantur, cura equiti aes abnegabant ob equum male curatum.
Impomenta, quasi imponimenta, quae post caenam mensis imponebant.
Imporcitor, qui porcas in agro facit arando. *Porca* autem est inter duos sulcos terra eminens.
Importunum, in quo nullum est auxilium, velut esse solet portus nauigantibus.
Impos est, qui animi sui potens non est, qui

animum suum in potestate non habet.
Improlus, vel *improlis*, qui nondum est adscri-
 ptus in civitate.

Impudicatus, stupratus, impudicus factus.

Imputatum, nondum purgatum. *putum* enim
 est purum. vnde *putare* vites dicimus, hoc
 est detrahere, quae impedimento sunt ad
 fructum.

In non semper abnuitionem significat, sed
 interdum etiam pro adnuendo ponitur,
 vt inuolando, inclamando, inuocando. *In*
 praepositio significat modo, quod non, vt
Inimicus: modo auctorem, vt *Inclama-*
 uit: modo vbi, quo tendatur, vt *Incurrit*:
 modo vbi qui fit, vt *Inambulat*.

Inarenum virgula erat ex malo punice incur-
 uata, quam regina sacrificans in capite
 gestabat.

Incalanto, inuocanto.

Incalationes, inuocationes.

Incalatiue, vocatiue.

Incauillatio, per despectum irrisio.

Incesit, incenderit, sicut *incepsit*, inceperit.

Inceps, deinceps.

Incessere, immittere, ac iactu, vel verbis pe-
 tere.

Incestus a Graeco trahitur. nam illi facinus
 dicitur *ainusov*.

Inchoare videtur ex Graeco originem trahere,
 quod Hesiodus omnium rerum initium
 esse dixerit chaos.

Inciorem, immanis, & ferum. Pacuius:
 Reprime inciorem iracundiam. Interdum
ciur pro sapiente ponitur, vt idem Pacu-
 uius: consilium ciur.

Incellae fossae, quae in viis sunt ad deducen-
 dam aquam, siue deriuationes de riuo com-
 muni factae.

Incita, incitata.

Incitega machiuula, in qua constituebatur in
 conuiuio vini amphora, de qua subinde
 deferrentur vina.

Inclamare, conuiciis, & maledictis infectari.

Inclutus, nobilis, clarus.

Incoctae dicebantur mulieres plus aequo ca-
 lamistris vsae.

Incomitem, sine comite.

Incomitari significat tale conuicium facere,
 pro quo necesse sit in comitium, hoc est
 in conuentum venire, Plautus: Quae so, ne
 me incomites.

Inconciliasti, comparasti, commendasti, vel vt
 antiqui, per dolum decepisti.

Inconditum, non ordinate compositum.

Inconspretum, non improbatum.

In conuentione, in concione.

Increpitare, arguere, conuiciari. *Increpitare*,
 clamare, maledicere.

Increpitato, ferito.

Increta, indiuila.

Incuria, negligentia.

Indepisci, adiequi, adipisci.

Indeptare, consequi.

Indicium sumus, ad quod per praeconeum e-
 uocabatur.

Indiges, indigetis facit. hoc nomine Aeneas
 ab Ascanio appellatus est, cum pugnans
 cum Mezentio nusquam apparuisset. in
 cuius nomine etiam templum construxit.

Indigitamenta, incantamenta, vel indicia.

Indigitatio, imprecatio.

Indigetes dy, quorum nomina vulgari non
 licet.

Indoles, incrementum, industria.

Industrium antiqui dicebant *indostruum*, qua-
 si qui quicquid ageret, intro strueret, &
 studeret domi.

Inebrae aues, quae in auguriis aliquid fieri pro-
 hibent. & prorsus omnia *iebra* appellan-
 tur, quae tardant, vel morantur agen-
 tem.

Ineopte, eo ipso.

Inermat, armis spoliat.

Iners, ignauus, vel sine arte.

Infectores, qui alienum colorem in lanam co-
 iiciunt. *offectores*, qui proprio colori nouum
 efficiunt.

Inferiae sacrificia, quae diis manibus infe-
 rebant.

Inferium vinum, id quod in sacrificando infra
 paterae labrum ponebatur.

Infulati sacrificabant flamines propter
 sum aeris antiquissimum aereis fibulis.

Infindere, intercipere, interponere.

Infit, incipit. sed diuersae significationis est
 ab eo, quod est fit. nam *infir*, agentis: fit
 autem patientis est.

Infiteri, non fateri.

Infitiari, creditum fraudare.

Infra classem significatur, qui minore summa,
 quam centum & viginti millium aeris
 censu sunt.

Infrequens appellabatur miles, qui abest, ab-
 fuitve a signis.

Infulae sunt filamenta lanca, quibus sacerdo-
 tes, & hostiae, templeque velabantur.

Ingens dicitur augendi consuetudine, vt incla-
 mare, inuocare. quia enim *gens* populi est
 magnitudo, ingentem per compositionem di-
 cimus, quod significat valde magnum.

Inglunius a gula dicta. hinc & *ingluniosus*, &
gluto, *gulo*, *gumia*, *guttur*, *guttus*, *gutturiosus*, &
curculio.

Inhibere, iungere, sed melius cohibere.

Inigere pecus, agere, id est minare.

Inyt ponitur interdum pro concubuit. Inter-
 dum pro inuenit, vt *Init* rationem. Inter-
 dum pro introit, vt Plautus: *Init* te vmqum
 febris.

In insula Aesculapio facta aedes fuit, quod
 aegroti

aegroti a medicis aqua maxime sustententur. eiusdem esse tutelae draconem, quod vigilantissimum sit animal, quae res ad tuendam valetudinem aegroti maxime apta est. canes adhibentur eius templo, quod is verberibus canis sit nutritus. bacillum habet nodosum, quod difficultatem significat artis. laurea coronatur, quod ea arbor plurimorum sit remedium. huic gallinae immolabantur.

Inicium est principium: sed alias quo quid incipiat, ut viae Appiae porta Capena: alias ex quo quid conficit, ut aqua, terra, aer.

Iniuges boves, qui sub iugo non fuerint.

Iniurium, peritium.

Inlagaesatum alij pro vincto vtuntur, alij pro soluto.

Inlex producta sequenti syllaba significat, qui legi non pareat. *Inlex* correpta sequenti syllaba significat inductorem ab eliciendo. Plautus: Elca est meretrix. lectus inlex.

Indices canales, in quos aqua confluit in viis lapide stratis, ab eliciendo dicti.

Inlicitator emptor.

Inlicium dicitur, cum populus ad concionem elicitur, id est vocatur. vnde *colliciae* regulae, per quas aqua in vas defluere potest.

Inlicium vocare antiqui dicebant ad concionem vocare.

Inlitterata pax est quae litteris comprehensa non est.

In mundo dicebant antiqui, cum aliquid in promptu esse volebant intelligi.

Inori minores.

In pelle lanata noua nupta considerare solet, vel propter morem vetustum, quia antiquitus homines pellibus erant induti, vel quod testetur lanificij officium se praestaturam viro.

In proinctu factum testamentum dicitur, quod miles pugnaturus nuncupat praesentibus commilitonibus.

Inquilinus, qui eundem colit focum, vel eiusdem loci cultor.

Insanum pro valde magnum vsus est Plautus.

Inscitia, stultitia.

Insecta, non secta, sed & aliquoties significat secta.

Inseptum non septum. ponitur tamen & pro non aedificatum.

Inseque apud Ennium, dic. *Insexit*, vixit.

Incessores latrones, qui circa vias insidientur sedentes.

Insignes appellantur boves, qui in femine, & in pede album habent, quasi insigniti.

Insignis tam ad laudem, quam ad vituperationem insecti potest.

In simulare, crimen in aliquem confingere.

Inspare iniicere. vnde fit *disipare*.

Inspere farinulam iacere pultis: vnde *disipare*, *obsipare*. v t cum rustici dicunt, obsipa pulvis elcam.

Institutum ab inferendo tractum. sed aliquoties significat impositum.

Insons, extra culpam. a quo dicitur *morbis* quoque existimatur *fonticus*, quia perpetuo noceat.

¹⁰ *Instaurari* ab instar dictum est, cum aliquid ad pristinam similitudinem, & comparationem reficitur.

Instigare, incitare.

Insuasum appellabant colorem similem luteo, qui fiebat ex fumo stillicidio.

Insulae dictae proprie, quae non iunguntur communibus parietibus cum vicinis, circuitque publico, aut priuato cinguntur, a similitudine videlicet earum terrarum, quae fluminibus, ac mari eminent, suntque in solo positae.

²⁰ *Intempestam noctem* dicimus pro incertiore tempore, quia non tam facile noctis horae, quam diei possunt intelligi. *Intempestam* enim antiqui pro tempore posuere.

Intercedo, tempus interceptum, cum scilicet mora est ad capiendum.

Inter eum flagitatos dicebant antiqui mares, qui stuprum passi aliquando essent.

Intercutitus, vehementer cutitus, id est valde stupratus.

³⁰ *Interduatum*, & *interatum* dicebant antiqui, quod nunc interdum, & interim.

Intergerini parietes dicuntur, qui inter confines struuntur, & quasi intergeruntur.

Internecium testamentum est, propter quod dominus eius necatus est.

Interneclio, vitae priuatio appellatur interfectio. a nece denominato vocabulo.

⁴⁰ *Interregnum* appellatur spatium temporis, quousque in loco mortui alius ordinatur.

Intrahere est contumeliam intorquere.

Inuolutus vermiculi genus, qui se inuoluit pampino.

Iouistae compositum a Ioue, & iustae.

Ipsipe, ipsi neque alij.

Ipsulices bractae in virilem, muliebremque speciem expressae.

⁵⁰ *Iracundia* dicta, quod iram incendat.

Irci genus farciminis in sacrificiis.

Ircens, genus farciminis.

Irnella, vasis genus in sacris.

Irpices genus rastorum ferreorum, quod plures habent dentes ad extirpandas herbas in agris.

Irpini appellati nomine lupi, quem *irpum* dicunt Samnites. eum enim ducent secuti agros occupauere.

⁶⁰ *Irequitallus puer*, qui primo viriuitatem suam experitur.

Ira castor, ira mehercules, vt subaudiatur iu-
uet.

Italia dicta, quod magnos Italos, hoc est bo-
ues habeat. vituli etenim *itali* sunt dicti. I-
talia ab Italo rege, eadem ab Attelido
. . . appellata.

Itouida Minerva a loco sic appellata.

Iubar stella, quam Graeci appellant *φωσφορος*
λεωνος, hoc est lucifer, quod splendor eius
diffunditur in modum iubae leonis.

Iubere ponebatur pro dicere, quod valet in-
terdum pro decernere: vt, Populus iussit.

Iubilare est rustica voce inclamare.

Iugarius vicus dicitur Romae, quia ibi fuerat
ara Iunonis Iugae, quam putabant matri-
monia iungere.

Iuge auspiciu est, cum iunctum iumentum
stercus fecit.

Iugere milui dicuntur, cum vocem emir-
tunt.

Iuges, eiusdem iugi, pares. vnde & *coniuges*, &
seuges.

Iugula stella orion, quod amplior sit ceteris,
quasi nux iuglandis.

Iugum, sub quo victi transibant, hoc modo
fiebatur: fixis duabus hastis super eas ligaba-
tur tertia. sub iis victos descinctos transi-
re cogebant.

Iunium mensis dictum putant a Iunone. iidē
ipsum dicebant *Iunonium* & *Iunoniam*. *Iu-*
lium quod eo mense dicitur Iulius natus.

Iurare Flamini Diali fas non erat.

Iurgatio, iuris actio.

Iussa iura.

Iusti dies dicebantur triginta, cum exercitus
esset imperatus, & vexillum in arce po-
situm.

Iustum vadem, idoneum sponsorem.

Iuuenalia fingebantur Dianae simulachra,
quia ea aetas fortis est ad tolerandam viā.
Diana enim viarum putabatur dea.

Iuuentutis sacra pro iuuenibus sunt instituta.

L

Labes macula in vestimento dicitur, &
deinde μεταφορικῶς transfertur in homi-
nes vituperatione dignos.

Lacerare, diuidere, comminuere est. ex quo
dictus est *lanius*, qui discindendo lacerat
pecora. *Lacina*, quod pars vestimenti est.

Lacerna, quod minus capitiō est. *Lacer*,
quod auribus curtatis est. *Lacerum*, quod-
cumque est in corpore imminutum.

Lacit, decipiēdo inducit. *Lax* etenim fraus
est. *Lacit*, in fraudem inducit. inde est *allic-
ere*, & *laceffere*. inde *lactat*, *illectat*, *delectat*,
oblectat.

Lacobrigae nomen compositū (a lacu & bri-
ga Hispaniae oppido).

Lactaria columna in foro ositorio dicta,
quod ibi infantes lacte alēdos defere-

bant.

Lacuna, aquae collectio, alacu deriuatur, quā
alij *lamam*, alij *lustrum* dicunt.

Lacus Lucrinus in vectigalibus publicis pri-
mus locatur erudiendus, omnis boni gra-
tia, vt in dilectu, censuue primi nominan-
tur Valerius, Saluius, Statorius.

Lacna vestimēti genus habitus duplicis. qui-
dam appellatam existimant Tusce, quidā
Graece, quam *χαρίσω* dicunt.

Lacna, sinistra, quam Graeci *εκαγας*. vnde tra-
ctum cognomen *Scaenola*. a lacua *laenium*,
sinistrum: & *laeuorsum*, sinistrorsum.

Lamberat, scindit, ac laniat.

Lance & *licio* dicebatur apud antiquos; quia
qui furtum ibat quaerere in domo alie-
na, licio cinctus intrabat, lancemque ante
oculos tenebat propter matrum familiae,
aut virginum praesentiam.

Lancea a Graeco dicta, quam illi *λογχη* vo-
cant.

Lanae effigies compitalibus noctu daban-
tur in compita: quod lares, quorum is erat
dies festus, animae putabantur esse homi-
num, redactae in numerum deorum.

Lanenum vestimenti genus ex lana succida
confectum.

Lanoculus, qui lana tegit oculi vitium.

Lapidem silicem tenebant iuraturi per Iouem
haec verba dicentes, *Si sciens fallo, tum me*
Diespiter salua vrbe, arceque bonis eiiciat, vti
ego hunc lapidem.

Lapidicinae, vbi excinduntur lapides.

Lapis, dolore afficit.

Laurentia coniugis Faustuli nutricis Remi,
& Romuli Laurentiae festa.

Larnati, funosi, & mente mori, quasi laruis
exterriti.

Latex a lapsu, profluens aqua dicitur. vt imur
tamen hoc vocabulo & in vino.

Latine loqui a Latio dictum est, quae locutio
adeo est versa, vt vix vlla pars eius ma-
neat in notitia.

Latitauerunt Cato posuit pro saepe tulerunt.

Latrare Ennius pro poscere posuit.

Latrones eos antiqui dicebant, qui conducti
militabant, *δοσι* ἢ *λογίας*. at nunc viarum
obfessores dicuntur, quod a latere adorti-
tur, vel quod latenter insidiantur.

Latomias ex Graeco, & maxime a Syracusanis,
qui latomias & appellant, & habent
ad instar carceris, ex quib. locis excisi sunt
lapides ad extruendam urbem.

Laudare ponebatur apud antiquos pro no-
minare.

Lauerniones fures antiqui dicebant, quod sub
tutela deae *Lavernae* essent, in cuius luco
obscuro, abditoque soliti furta, praedam-
que inter seluere. hinc & *lauernalis porta*
vocata est.

Laureati milites sequebantur currum triumphantis, ut quasi purgati a caede humana intrarent urbem. Itaque eandem laurum omnibus suffitionibus adhiberi solitum erat; vel quod medicamento siccissima fit; vel quod omni tempore viret, ut similitet resp. vireat.

Lautia epularum magnificientia, alij a lauatione dicta putat, quia apud antiquos haec elegantiae, quae nunc sunt, non erant, & raro aliquis lauabat.

Lauticia farina appellabatur ex tritico aqua consperso.

Lautulae locus extra urbem, quo loco quia aqua fluebat, lauandi vsus exercebant.

Lectiosa insula dicta a consobrina Aeneae ibi dem sepulta.

Lectus dictus, vel a collectis foliis ad cubitandum: vel quod fatigatos ad se alliciat; a Graeco *λεκτηριον*.

Legimus aut scriptum, aut oleam, glandem ve, & alia quaedam. & addita praepositione dicimus colligimus, deligimus.

Legio Samnitum finteata appellata est, quod Samnites intrantes singuli ad aram, velis linteis circumdatam, non cessuros se Romano militi iurauerant.

Lemnisci, id est, fasciolae colorisae dependentes ex coronis, propterea dicuntur, quod antiquissimum fuit genus coronarum lanearum.

Lemonia tribus a pago Lemonio appellata est, qui est a porta Capena via Latina.

Lenones ab alliciendo adolescentulos appellati.

Leparentes, Liparitani ciues, id est, Liparentes.

Lepista, genus vasis aquarum.

Lerna ornamenta tunicarum aurea.

Lesbium, genus vasis caelari a Lesbis inuentum.

Letum ab obliuione, quam Graeci *λεθη* vocant, dictum.

Leuir est vxoris meae frater.

Libella deminutiuum est a libra.

Liber repertor vini, ideo sic appellatur, quod vino nimio vsi omnia libere loquantur.

Liberales dicuntur non solum benigni, sed etiam ingenuae formae homines.

Liberalia, Liberi festa, quae apud Graecos dicuntur *δινύσια*. Naeuius: libera lingua loquemur ludis Liberalibus.

Liberata ponebant pro *effata*, id est, locuta.

Libertatis templum in Auetino fuerat constructum.

Librile, scapus librae.

Librilla appellantur instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachij crassitudinem in modum flagellorum loris reuincta.

Libycus campus in agro Argeo appellatus, quod in eo primum fruges ex Libya allatae sunt. quam ob causam etiam Ceres ab Argeis Libyssa vocata est.

Licitati, in mercato, siue pugnando contedentes.

Licibores dicuntur, quod falces virgarum ligatos ferunt. hi parentes magistratibus, delinquentibus plagas ingerunt.

Limaces cochleae a limo appellatae.

Limitatus ager est in centurias dimensus.

Limites in agris, nunc termini, nunc viae transferuae.

Limus, obliquus, id est, transuersus, vnde & limina.

Lingua non solum pars corporis dicitur, sed etiam differentia sermonum. promontorij quoque genus non excellens, sed moliter in planum deueni.

Lingula per deminutionem linguae dicta. alias a similitudine linguae exertae, ut in calcis: alias infertae, id est infra dentes coercitae, ut in tibiis.

Lingulaca, gen^o piscis, vel mulier auguratrix.

Liquitur, labitur, fluit.

Litatum alij solutum, deditum deo, quasi luitatum; alij ex Graeco a precibus, quas illi *λιταε* dicunt.

Liti cecidisse dicitur, qui eius rei, de qua agebat, causam amisit.

Litius appellatus est, quod litis sit testis. est enim genus buccinae incuruae, quo qui ceciderit, dicitur liticen. Ennius. Inde loci lituus sonitus effundit acutos.

Lixabundus, iter libere, ac prolixo faciens.

Lixae, qui exercitum sequuntur quaestus gratia dicti, quod extra ordinem sint militiae eiusque liceat, quod libuerit. alij eos a Licha appellatos dicunt, quod & ille Herculem sit secutus. quidam a liguriendo quaestum.

Locatum, positum.

Locupletes, locorum multorum domini.

Loebesum & loebertatem antiqui dicebant liberum & libertatem. ita Graeci *λοβη*, & *λοβη*.

Longitrorus sic dicitur, sicut dextrorsus, sinistrorsus.

Lotos, arboris genus, ex cuius materia frequenter tibiae fiebant, cuius baccis pasti quondam Lotophagi dicti.

Lucani appellati dicuntur, quod eorum regio sita est ad partem stellae luciferae. vel quod loca cretosa sunt, id est multae lucis. vel a Lucilio duce. vel quod primitus in luco confederunt.

Lucar appellatur aes, quod ex lucis captatur.

Lucaria festa in luco colebant Romani, qui permagnus inter viam Salariam, & Tiberim fuit: pro eo, quod victi a Gallis fugientes & praelio ibi se occultauerunt.

Lucaris pecunia, quae in luco erat data.

Lucem facere dicuntur Saturno sacrificantes, id est capita detegere.

Lucerenses, & Luceres, quae pars tertia populi Romani est distributa a Tatio, & Romulo; appellati sunt a Lucero Ardeae rege, qui

auxilio fuit Romulo aduersus Tatiū bel-
lanti.
Lucetium Iouem appellabant, quod eum lu-
cis esse causam credebant.
Lucius, praenomen est eius, qui primum fuit,
quia oriente luce natus est.
Lucamedis a duce suo Lucomo dicti, qui postea
Lucerenses appellati sunt.
Lucomones quidam homines ob insaniam di-
cti, quod loca, ad quae venissent, infesta
facerent.
Lucretilis mons in Sabinis.
Luētus, & lugere a Graeco trahuntur λυαίν, vel λύπη.
Luculentus a luce appellatus.
Lucumtere genus operis pistorij.
Lues est diluēs vsque ad nihil, tractū a Graeco λυέν. hinc dictum *lutum* terra humore soluta; & *lustratio*, qua quid soluitur, ac liberatur. hinc & λύτρα a λυέν τμή λύτρας, id est solutione auri: λύτρα enim libra est.
Euma genus herbae, vel potius spinae.
Lumbago vitium, & debilitas lumborum,
Lura os culei, vel etiam vtris. vnde *lurcones* capacis gulae homines, & bonorum suorum consumptores.
Luridi, supra modum pallidi.
Luscitio, vitium oculorum, quod clarius vespere, quam meridie cernit.
Lustra significat lacunas lutas, quae sunt in siluis, aprorum cubilia. a qua similitudine ij, qui in locis abditis, & sordidis ventri, & deliciae operam dant, dicuntur in lustris vitam agere. & cum eiusdem vocabuli prima syllaba producitur, significat nunc tempus quinquennale, nunc populi lustrationē.
Lustrici dies infantium appellantur, puellarū octauus, puerorum nonus. quia his lustratur, atque eis nomina imponuntur.
Luxa membra e suis locis mota, & soluta; a quo *luxurius* in re familiarī solutus.
Luxuriantur, a luxu dictum, id est luxuriantur.
Lycy Apollinis oraculum in Lycia maximae claritatis fuit ob luporum interfectionē. λυκος enim lupo est.
Lycophos Graeci dicunt, quod nos primū tempus lucis. dictum autem lycophos, quasi λυκων φως, id est lumen candidum.
Lymphae dictae sunt a nymphis. vulgo autē memoriae proditum, est, quicumque speciem quandam e fonte, id est effigie nymphae viderint, furenti non fecisse finem, quos Graeci νυμφολίπτοι vocant, Latini *lymphatos* appellant.
Lyncestades, ab oppido Phrygiae Lyncesti dicti.

M

Macellam dictam a Macello quodam, qui exercebat in vrbe latrocinia. quodanato Cefores Acmilij, & Fului statue-

rūt, vt in domo eius obsonia venderentur. PAVL.
Macilentus, macie tenuitati.
Macrum, magis auctus.
Madusa ebrius, a Graeco μασάρι deductum, vel quia madidus sit vino.
Maecandrum, genus picturae, dictū est a similitudine flex^o ananis, qui appellatur Maecandrus.
Maecia tribus a quodā castro sic appellatur.
Maeniana aedificia a Maenio sunt appellata: is enim primus vltra columnas extendit tigna, quo ampliarentur superiora.
Maesius lingua Osca, mēsis Maius. *Osca* enim a regione Campaniae, quae est Oikos, vocati sunt.
Magis a Graeco μάγιστρον venit.
 . . . temperare di . . . erare quida . . . FEST.
Magisterare regere, & temperare est. *Magisterare* moderari. vnde *magistri* non solum doctores artium; sed etiam pagorū, societatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur: quia omnes hi magis ceteris possunt. vnde & *magistratus*, qui per imperia potentiores sunt, quam priuati. Quae vox duabus significationibus notatur. nam aut personam ipsam demonstrat, vt cum dicimus, magistratus iussit; aut honorem, vt cū dicimus Titio magistratus datus est. PAVL.
Magisteria dicuntur in omnibus rebus, quae magis ceteris possunt, vt magistratū equitū. . . rebus, qui ma . . . quitum . et . . . llinis dixe . . . untur velit . . . cōtra ora . . . FEST.
Magmentum, magis augmentatum. PAVL.
Magnificissima, dicebant antiqui pro magnificentissima. re enim vera magnificentissimi dici non potest. vnde magnificentissima videtur deduci.
Magnificus idem Cato pro magnificentius dixit, & non frustra: nā positius eius magnificus est.
Magni . . .
 . . . auit Cato in ea, quam . . .
 . . . gna quis homo . . .
 . . . pulchrius purgat . . .
 . . . Ateius, dicimus, cum mag . . .
 . . . at nepos eius in ea . . .
 . . . men ait, cum Aedilis . . .
 . . . istria ludos magni FEST.
Magnificior quoque . . .
 50 *Magnum* annum dicunt mathematici, quod septem sidera entrāta expletis propriis curibus sibimet concordant. PAVLVS.
Magnum socerū appellat. vir vxoris suae auiū.
Magnam socerū vir vxoris suae auiā appellat.
Magnos ludos, Romanos ludos appellabant, quos in honorem Iouis, quem principem deorum putabant, faciebant.
Maiestas a magnitudine dicta.
Maius Idibus mercatorū dies fest^o erat: quod eo die Mercurij aedes esset dedicata.

Maius mensis in compluribus ciuitatibus Latinis ante urbem conditam fuisse videtur. quae ex causa vtrum a maioribus, vt *Iunius* a iunioribus dictus sit; an a *Maia*, q̄ Mercurio filio eius res diuinae fiant solemnes; an quod ipsi deae in multis Latinis ciuitatibus sacrificia fiebant (ipso mense).

Maior patruus, aui & auiae patruus.
Maior amita, aui & auiae amita.
Maior auunculus, aui & auiae auunculus.
Maior Graecia dicta est Italia, quod eam Siculi quondam obrinuerunt. vel quod in ea multae, magnaequae ciuitates fuerunt ex Graecia profectae.
Maior magistratus consilii dicitur.
Maior socer vxoris meae proauus.
Maior socrus vxoris meae proauia.
 . . . iora auspicia, quae d. . . . 20
 . . . maiora Consulum, Pr. . . .
 . . . liquorum minima cum ill. . . .
 . . . res magistratus dicitur . . .
Maiorem Consulem L. Caesar putat dici, vel eum, penes quem fasces sunt; vel eum, qui prior factus sit; **Practorem** autem **maiorem** **Vibanium**, minores ceteros. FEST.
Maior Consul dicitur vel is, penes quem fasces sunt, vel is, qui prior factus est. **Practor** autē maior urbanus, minores ceteri. PAVL. 30
Maiores Flamines appellabantur patricij generis, minores plebei.
Maledictores dicebantur ab antiquis, qui nūc maledici.
Maledic
 . . . nos appellamus
 . . . Hispania re FEST
Maleuoli Mercurij signum erat proxime Ianum, qui item erat in Turdellis Me 40
 appella
 maleuoli autem, quod in nullius tabernā spectabat.
Maleuoli Mercurij signum, id est statuam, appellabant, ideo quod in nullius tabernam spectabat. PAVL.
Malleoli vocantur non solum parui mallei, sed etiam ij, qui ad incendium faciendum aptantur: videlicet ad similitudinem priorum dicti. 50
Malluuium dicitur, quo manus lauantur. **Malluuias**, quibus manus sunt lotae: **pelluuias**, quibus pedes.
Malluuium latum in commentarium sacrorum significat, manus qui lauet. a quo malluuias dicuntur, quibus manus sunt laetae, perinde vt quibus pedes pelluuias. FEST.
Maltha dicitur a Graecis pix cum ceta mixta.
Mamercus praenomen est Oscum, eo quod 60

hi Martem Mamertem appellant. PAVL.
Mamers Mamertis facit, id est lingua Osea Mars Martis. vnde & **Mamertini** in Sicilia dicti, qui Messanae habitant.
Mamertini appel
 de causa cum de toto Samnio grauius incidisset pestilentia, Sthenius Mertius eius gentis princeps conuocata ciuium suorum concione, exposuit se vidisse in quiete praecipientem Apollinem; vt si vellent eo malo liberari, ver sacrum vouerent, id est quaecumque vere proximo nata essent, immolatueros sibi. Quo facto leuatis post annum vicesimum, deinde eiusdem generis incessit pestilentia. rursum itaque consultus Apollo, respondit nō esse persolutum ab iis votum, quod homines immolati non essent: quos si expulissent, certe fore, vt ea clade liberarentur. Itaque ij iussi patria decedere, cum in parte ea confedissent, quae Tauricana dicitur, forte parantibus bello Messanensibus auxilio uenerunt vltro, eosque liber prouincial quod ob citum eorum, vt gratiam referrent, & in suum corpus, communionemque agrorum inuitarunt eos, & nomen acceperunt vnum, vt dicerentur **Mamertini**, quod coniectis in fortem duodecim deorum nominibus **Mamers** forte exierat, qui lingua Oseorum Mars significatur. cuius historiae auctor est Alfi^o libro primo belli Carthaginēsis. FEST.
Mamilia turris intra Saburae regionem a Mamilio nomen accepit.
Mamiliorum familia (progenita fuit a) Mamilia Telegoni filia, quam Tusculi procreauerat, (quando id oppidum ipse condidisset).
Mamphula appellatur panis Syriaci genus, quod, vt ait Verrius, in clibano ante, quā percoquatur, decedit in carbones. cineremque, cuius meminit Lucilius: Pistricē valida si nummi suppeditabunt, Addas empleuron, mamphulas quae sciat omnes.
Mamphur appellatur loro circumuolutum mediocris longitudinis lignum rotundum, quod circumagunt fabri in operibus tornandis.
Mamurij Veterij nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant, hac de causa Numa Pompilio regnante e caelo cecidisse fertur ancile, id est scutum breue: quod ideo sic est appellatum, quia ex vtroque laterē erat recisum: vt summum, infimumque eius latius medio pateret. vnaque edita vox, omnium potentissimā fore ciuitatem. quamdiu id in ea mansisset.

Itaque facta sunt eiusdem generis plura, quibus id misceretur, ne inter nosci caeleste posset. probatum opus est maxime Mamurij: qui praemij loco petiit, ut suum nomen inter carmina Salij canereat.

Manalem fontem dici, pro eo, quod aqua ex eo semper manet.

Manalis fons appellatur ab auguribus puteus perennis. neque tamen spiciendus videtur, quia flumen id spiciatur, quod sua sponte in amnem influat.

Manalem lapidem putabant esse ostium Orci, per quod animae inferorum ad superiores manarent, qui dicunt manes. ¶ *Manalem* etiam lapidem vocabant petram quandam, quae erat extra portam Capenam iuxta aedem Martis; quam, cum propter nimiam siccitatem in urbem protraherent, insequeretur pluvia statim, eumque quod aquas manaret, manalem lapidem dixere.

Manare dicitur, cum humor ex integro, sed non solido nimis per minimas suas partes erumpit, quod ex Graeco trahitur: quia illi non satis solidum *μῆνόν* dicunt.

Manare solem antiqui dicebant, cum solis orientis radij splendorem iacere coepissent, a quo & dictum putabant *mane*. alij dictum *mane* putant ab eo, quod *manum* bonum dicebant.

- . . . olitos esse antiquos
- . . . cum solis orientis radij
- . . . flent atque ideo primum
- . . . nis magis addicitur
- . . . ne id est a mature, quod id
- . . . unde Matuta di

Mane a diis manibus dixerunt, nam *mana* bona dicitur, vnde & *Mater Matuta*, & *poma matuta*.

Maniceps dicitur, quod manu capiatur. *Maniceps* dicitur, qui quid a populo emit, concluditve, quia manu sublata significat se auctorem emptionis esse. qui idem praes dicitur; quia tam debet praestare populo quod promissit; quam is, qui pro eo praes factus est.

Mancinus sana appellabatur, quod Mancinus habuit insignem domum, quae publicata est eo interfecto.

Manducus effigies in pompa antiquorum inter ceteras ridiculas, formidolosaeque ire solebat magnis malis, ac late dehiscens, & ingentem dentibus sonitum faciens, de qua Plautus ait in Rudente: Quid si aliquo ad ludos me pro manduco locem; Quapropter clare crepito dentibus.

Manes dii ab auguribus invocantur: quod hi per omnia aetherea, terrenaque ma-

- . . . peri, atque inferi
- . . . augures quod L.I.

minis
Manes dii ab auguribus vocabantur, quod eos per omnia manere credebant; eosque deos superiores, atque inferos dicebant.

Manos in carminibus saliaribus Aelius Stilo significare ait bonos. (& inferi dii *manes* pro bonis dicuntur a suppliciter eos venerantibus propter metum mortis; ut immanes quoque pro valde non bonis dicuntur.

Maniae turpes, deformesque personae. *Manias* (Aelius Stilo dici ait ficta quaedam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alij *maniolas* appellant. *Manias* autem, quas nutrices munitantur pueris parvulis esse larvas, id est manes, quos deos, deasque putabant, quosque ab inferis ad superiores emanare credebant. (vt *Mania* est eorum avia, materve. Sunt enim vtriusque opinionis auctores.

Manius agrum Nemorensium Dianae consecrauit, a quo multi, & clari viri orti sunt, & per multos annos fuerunt, vnde proverbum: Multi Manij Ariciae. Afinius. Capito longe aliter sentit, ait enim turpes, & deformes significari: quia maniae dicuntur deformes personae; & Ariciae genus panis fieri, quod manici appellantur. *Manius* praenomen dictum est ab eo, quod mane quis initio natus sit: vt *Lucilius*, qui luce.

Manliae gentis patriciae decreto nemo ex ea Mareus appellatur; quod M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum regnum affectasset, damnatus, necatusque est.

Manfucium edacem a mandendo scilicet. *Manfues* pro mansuetus.

- . . . M. Cato in epistula
- . . . mansues ad

Mansuetum, ad manum venire suctum, alij aiunt mansuetum dictum, neque ex misericordia maestum, neque ex crudelitate saevum, sed modestia temperarum.

Mantare saepe manere. Caecilius in epistula: Iam ore adeo manta. Iam hoc vide caecus animum adventus angit.

Manticularia dicuntur ea, quae frequenter in vsu habentur & quasi manu tractantur, frequens enim antiquis ad manus tergendas vsus fuit mantiliorum; vnde haec trahitur similitudo.

Manticularum vsus pauperibus in nummis recondendis, etiam nostro saeculo fuit. vnde de *manticulari* dicebantur, qui furandi gratia manticulas attrahabant. Vnde poetae pro dolose quid agedo vsi sunt eo verbo. Pacuvius: Ad manticulandum astu aggreditur. scit enim quid promeruerit.

medici manticulatur, ita me facti op-

facti oppressi iugo. Item deinde: Aggreditur astu regem; manticuladū est hic mihi. Et: Machinam orditis nouam manticula tactu, an sanctiora dicis iureiuranda. Plautus hoc significare videtur, quibus cotidie paruæ noxæ extergeantur.

Mantisa additamentum dicitur lingua Tulsca, quod ponderi adicitur, sed deterius, & quod sine vilo vsu est. Lucilius: Mātisa oblonia vincit.

Manubiae Iouis tres dicuntur esse, quarum vnae sunt minimae, quae moneant, placidae quæ sint. Alterae quae maiores sunt, ac veniant cum fragore, discutiuntque; aut diuellant, quae a Ioue sunt, & consilio deorum mitti existimentur. Tertiae his ampliores, quae cum igne veniant; & quamquam nullum sine igne fulgur est, hae propriam differentiam habeant, quod aut adurant, aut fuligine deformant, aut accēdāt, quae statum mutant deorum cōsilio superiorū.

Manum, & **mentum**, prouerbiū est ex Graeco ductum, quod est πῶν δὲ ματῶν ὁ πῶν κὺλῆας, & χεῖρας ἀπέστ. Chalcantem vites serentem quidā augur vicinus praeteriens, dixit errare: non enim ei fas esse nouum vinum

Manumitti seruus dicebatur, cum dominus eius, aut caput eiusdem serui, aut aliud mēbrum tenens dicebat, *Hunc hominem liberum esse volo*; & emittebat eum e manu

- ...odo caput.
- ...edicito, hunc.
- ...pro eo auti x.
- ...usquam digre.
- ...sui dum his.
- ...nem liberum mit.

Mapalia caesae Poenicae appellantur; in quibus quia nihil est secreti; solet id vocabulum solute viuētibz obici. Cato libro quarto Originum: Mapalia vocantur vbi habitant, ea quasi cohortes rotundae sunt.

Marculus deminutium a Marco. **Marspedis**, siue sine R littera Maspedis imprecaticae, festa vallium, quid significet ne Messalla quidem augur in explanatione auguriorū reperire se potuisse ait.

Martialis campus in Coelio monte dicitur, quod in eo Equiria solebant fieri, siquādo aquae Tiberis campum Martium occupassent.

Martias kalēdas matronae celebrabāt, q̄ eo die Iunonis Lucinae aedes coli coepta sit.

Martius mensis initium anni fuit & in Latio & post Romā conditā, eo quod gens erat bellicosissima, cuius rei testimonium est, quod posteriores mēses, qui annū finiūt a numero appellati vltimū habēt Decēbrē.

Mas deminutiue facit masculus.

Masculina, & feminina vocabula dici melius

est secundū Graecorū quoq; cōsuetudinē, qui nō ἀδρῆ & γυναικῆ ea, sed ἀρ.

Masculino genere parentem appellabant antiqui etiam matrem. **Malo cruce** masculino genere cum dixit Gracchus in oratione quae est in P. Popullium posteriorem, tam repraesentauit antiquam consuetudinem, quam hunc frontem, atque hunc stirpem iudē antiqui dixerunt: & rursus hanc lupum, & hanc metum. Item cum idem in Popillium & matronas ait; eo exemplo instituto. Dignus fuit qui malo cruce periret.

Matellio, diminutium a matula.

Materfamiliae non ante dicebatur, quam vir eius paterfamiliae dictus esset. nec possunt hoc nomine plures in vna familia praeter vnam appellari. sed nec vidua hoc nomine; nec quae sine filii est, appellari potest.

Mater **Matuta**, **manes**, **mane**, **matrimonium**, **materfamiliae**, **matertera**, **matrices**, **materiae** dictae vidētur, vt ait Verrius, quia sint bona: qualia scilicet sint, quae sunt matura. vel potius a matre, quae est originis Graecae.

- ...manis.
- ...matertera.
- ...vt ait Ve.
- ...sint, quae.
- ...quae est ori.

Matrem **Matutam** antiqui ob bonitatem appellabant; & **maturnum** idoneū vsui; & mane principium diei, & inferi dij manes, vt suppliciter appellati boni essent; & in carmine Saliari **Cerismanus**, intelligitur creator bonus.

Matertera, matris foror, quasi mater altera. **Matertera** patris & matris, mihi magna mater est.

Muralia, Matris Matutae festa.

Matrici cognominantur homines malarum magnari, atque oribus late patentibus.

Matrimēs, ac **patrimēs** dicuntur, quibus matres & patres adhuc viuunt.

Matronae a magistratibus non submouebantur, ne pulsari, contrectariue viderētur; neve grauidae concuterētur. Sed nec viri earum sedentes cum vxoribus in vehiculo descendere cogebantur.

- ...aibus non sum moue.
- ...tat. ntrectari.
- ...ntur; neue. tur. quam.
- ...usam ait Verrius.
- ...eteri.
- ...uxoribus deesse quo descen.
- ...ros a magistratibus. quod commu.
- ...uehic. itur uir, & uxor.

Matronas appellabant eas fere, quibus stolas habendi ius erat.

Matroni aurum redditum cum legitur, hoc significare videtur; quia matronae cōtule-

FESTVS.

PAVLVS

FESTVS.

PAVLVS

PAVLVS

PAVLVS

10

10

30

40

50

60

FESTVS

PAVLVS

FESTVS.

PAVLVS

PAVLVS

runt ornatus sui aurum ad Capitolium a Gallis Senonibus liberadū; quibus postea est redditum a populo Romano.

FESTVS, *Matroni*. to ait, quod.
 fuisse re.
 & eam a
 monio in
 tronae orna
 Apollini, quod
 quod contuler 10
 a Gallis Senon.
 tum
 est a pop.

PAVLVS, *Matula*, vas viinae.
Maortem poetae dicunt Martem.

FESTVS, *Maximae* dignationis Flamen Dialis est inter quindecim Flamines, & eum ceteri discrimina maiestatis suae habeant, minimi habeatur *Pomonalis*, quod Pomona leuissimo fructui agrorum praefidet pomis.

PAVLVS, *Maximam* hostiam ouilli pecoris appellabāt, non ab amplitudine corporis; sed ab animo placidiore.
Maximi annales appellabantur, non magnitudine; sed quod eos Pontifex maximus consecrasset.

FESTVS, *Maximum* Praetore dicitur alij eum, qui maximi imperij sit; alij, quia aetatis maximae. pro collegio quidem augurū decretū est: quod in salutis augurio Praetores maiores, & minores appellentur; non ad aetatem, sed ad vim imperij pertinere.

PAVLVS, *Maximus* Curio, cuius auctoritate curiae, omnesque curiones reguntur.
Maximus Pōtifex dicitur, quod maximus rerum, quae ad sacra, & religiones pertinet, iudex sit, vindexque contumaciae priuatum, magistratumque.

FESTVS, *Me* pro mihi dicebant antiqui.
Me pro mihi dicebant antiqui, vt Ennius cū ait libro secundo: Si quid me fuerit humanitus, vt te heatis. & Lucilius: Nūc ad te redeo, vt quae res me impendet agatur.

PAVLVS, *Meatus* a meando dicitur.
Me castor, & *me hercules* iurandum erat: quasi diceretur, *ita me Castor*, *ita me Hercules*, vt subaudiatur iuret.
Meddix apud Oscos nomen magistratus est. Ennius: Summus ibi capitur meddix, occiditur alter.

Medialem appellabant hostiam atram, quam meridie immolabant.

Medibile, medicabile.

FESTVS, *Mediocriculo* vsus est in ea, quam dixit, Cato in Consulatu: Ridibundum magistratum genere pauculos homines, mediocriculum exercitum obuiam duci.

PAVLVS, *Mediocriculus* idem Cato ponit, cū ait: Ridibundum magistratū paucos homines mediocriculum exercitum obuiam duci. 60

Medioximum, mediocre.
Mediterreum melius, quam *mediterraneum*, Sifenna dici putat.

Meditrinalia dicta hac de causa. Mos erat Latinis populi, quod die quis primum gustaret mustum, diceret omnis gratia: *Vetus nouum vinum bibo, veteri nouo morbo medeor.* A quibus verbis, etiā *Meditrinae* deae nomen ceptum, eiusque sacra *Meditrinalia* dicta sunt.

Meditullium dicitur, non medium terrae, sed procul a mari, quasi *meditellium*; ab eo quod est tellus.

Mediusfidius compositum viderur, & significare Iouis filium, id est, *Hercule*; quod Iouem Graeci *dia*, & nos Iouē: ac *fidium* pro filio, quod saepe antea pro L littera D vsuebantur. quidam existimant iuradū esse per diui fidem; quidam, per diurni temporis, id est, diei, fidem.

Medullitus, ex intimis medullis.
Mefancilum teli missilis genus.
Megalestia ludos Matris Magnae appellabāt.
Melancoryphi, genus auium, quae Latine vocantur atricapillae, eo quod summa eorum eapita nigra sint.

Meliboea purpura a nomine insulae, in qua tingitur, est dicta.

Melicae gallinae, quod in Media id genus auium corporis amplissimi fiat: L littera pro D substituta.

Melis hasta a ligno mali dicta.
Melo nomine alio Nilus vocatur.
Melos insula dicta est a Melo, qui ex Phoenice ad eandem fuerat profectus.
Melton meliorem dicebant.

Membrum abscindi mortuo dicebatur, cū digirus eius decidebatur, ad quod seruatu iusta fieret reliquo corpore combusto.

Memorare significat, nunc dicere, nūc memoriae mandare.
Memoriosus, *memoriosior*, & *memoriosus*, (et) *memoriosissime* facit.

Mēdiu dici putat velū, quod in pra ponitur.
Mēdicium dici Verrius putat a mēte eius, quē fefellerit fortuna. vel quod praecetur quēque vt vitae suae medeatur cibo.

Mēnd FESTVS.
 eius, quam se
 vt vitae su

50 *Mensa*, frugibusque iurato, significat per mēsam & fruges.
Mēsae in aedib⁹ sacris ararū vicē obtinebāt.
 sae in aedibus sacris ara FESTVS
 legibus earum omnium s
 vt velut in aram, vel in
 uati quoque in primis i
 vbi sacras habituri
 parentatio, non sacrific.

60 *Mensarij*, nummularij. PAVLVS
Mentecaprus

Mentecaptus dicitur, cum mens ex hominis potestate abiit, & idem *demens*, qui de sua mente decesserit; & *amens*, qui a mente abierit.

FEST. hominis potestate
 mens, quid de sua
 a mente mente abierit

PAVL. *Mentum* dicebant, quod nos commentum.
Mercedius mercenarius, quod mercede se tueatur.

FEST. *Mercedonias* dixerunt a mercede soluenda.

PAVL. *Mercurius* a mercibus est dictus. Hunc etenim negotiorum omnium existimabant esse deum.

Mercendam antiqui dicebant pro prandio; quod scilicet medio die caperetur.

Mergae furculae, quibus acerui frugum fiunt, dictae a volucris mergis. quia ut illi se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur, sic messorum eas in fruges demergunt, ut eleuare possint manipulos.

Meritanere (idem) Cato ait, pro meruere.

FEST. ere, facpe merue
 enorum IIII Suff
 uis cohortes omnis
 tauerunt

PAVL. *Mertat* pro merfat dicebant.

Merum antiqui dicebant solum. vnde & auis *merula* nomen accepit: quod solitaria est, & solitaria pascitur. at nunc *merum*, purum appellamus.

FEST. *Meson* persona comica appellatur, aut coci, aut nautae, aut eius generis. dici ab inuente eius Mesone comoedo ait Aristophanes Grammaticus.

Mesapia Appulia a Messapo rege appellata.

FEST. *Metaphoram* quam Graeci vocant, nos translationem, id est, domo mutuarii verbum, quo utimur, inquit Verrius alii. ne sapius quidem honesti. ac q

. enas ut speciosiora at
 ere significante
 no, quam proprio uo
 em indicemus
 leret, redit ad sua
 tralatum manebit.
 quo peruenit
 as alieno perinde ac suo ab

Metas. stices dicitur apud p
 quod propter necessitatem metri
 t. quod idem barbaris
 ta oration. scrib

Meta ca cariore
 peruentura
 dicare ait Ennius
 id est
 abus ut
 accip.

PAVL. *Metari* castra dicuntur, quod metis diriguntur.

Metelli dicuntur in re militari quasi mercenarij. Attius annalium vigesimo septimo calones, famulique, metellique, caculaeque a quo genere hominum Caeciliae familiae cognomen putatur dictum.

Metonymia est tropus, cum ab eo, quod continet, significatur id quod continetur; aut superior inferiore, & inferior superiore. quae continet, quod continetur: ut Ennius cum ait: Africa terribili tremuit horrida terra tumultu. ab eo, quod continetur, id, quod continet, ut cum dicitur. epota amphora vini. a superiore inferior, ut Ennius: cum magno strepitu Volcanum ventus vegeat. ab inferiore superiori; ut Persuasit animo vinu deus, qui multo est maximus.

Metus feminino genere dicebant. Ennius: Viuam, an moriar, nulla in me est metus.

Migrare mens a
 sq. templi posita
 tur, cum sequitur sua
 uidam fuisse in tri
 uales appellatae.

Mihipte, pro mihi decuit talen
 uersa, atque
 entia item a

Mihipte Cato pro mihi ipsi posuit.

Militem Aelius a mollitia *μητ' ἀπιθροσιν* dictum putat. eo quod nihil molle, sed potius asperum quid gerat. sic *ladum* dicim, in quo minime luditur.

Milium quidam putant cepisse nomen maxime a nummorum summa, quae est mille, quod alij Graecae stirpis iudicant esse, cum id illi *μύλλιον* vocant, tam Hercules, quam panicum *μυλλιον*.

Millus collare canum venaticorum, factum ex corio, confixumque clauis ferreis eminentibus aduersus impetum luporum. Scipio Aemilianus ad populum: Vobis inquit, reique publicae praesidio eritis quasi millus cani.

Miluma genus tibiae acutissimi soni.

Mina singulariter d.
 pluraliter dicimus cu
 item M. Cato in s
 mina cog

Minam Aelius vocitatum ait mammam alteram lacte deficientem, quasi minorem factam.

Minerrimus pro minimo dixerunt.

Minerva dicta, quod bene moneat, hanc enim pagani pro sapientia ponebant. Cornificius vero, quod fingatur, pingaturque minitans armis, eandem dictam putat.

Minime gentium dicebant, pro eo quod est omnium gentium iudicio minime esse faciendum.

Miniscitur pro reminiscitur antiquitus dicebatur.

FESTVS. *Minora* templa sunt ab auguribus, cum loca aliqua tabulis, aut lineis sepiuntur, ne vno amplius ostio pateant. Itaque templum est locus ita affatus, aut ita sepius, ut ea vna parte pateat, angulusque adfixus habet ad terram.

PAYLYS. *Minorem* Delum Puteolos esse dixerunt, quod Delos aliquando maximum emporium fuerit totius orbis terrarum, cui successit postea Puteolanum, quod municipium Graecum, antea *Dicaearchia* vocatum est. vnde Lucilius. Inde Dicaearchum populos. Delumque minorem.

Minores & maiores inter cognomina feminarum poni solebant.

FESTVS. *Minorum Pontificum* maximus dicitur, qui primus in id collegium venit. Item minimus, qui nouissimus.

PAYLYS. *Minotauri* effigies inter signa militaria est: quod non minus occulta esse debent consilia ducum, quam fuit domicilium eius Labyrinthus. Minotaurus putatur esse genitus, cum Pasiphae Minois regis vxor dicitur concubuisse cum tauro. sed affirmat alij Taurum fuisse nomine adulteri.

Minucia porta appellata est, eo quod proxima est sacello Minuci. Minucia porta Romae est dicta ab ara Minuti, quem deum putabant.

Minuebatur populo luctus aedis dedicatione; cum a Censoribus lustrum condebatur; cum votum publice susceptum soluebatur. Priuatis autem, cum liberi nascerentur; cum honos in familiam veniret; cum pater, aut liberi, aut vir, aut frater ab hoste captus domum rediret; cum puella desponsaretur; cum propiore quis cognatione, quam is qui iugeretur natus esset. cum in casto Cereris constitissent.

FEST. *Minuitur* populo luctus aedis dedicatione; cum Censores lustrum condiderunt: cum votum publice susceptum soluitur. priuatis autem, cum liberi nati sunt; cum honos in familia venit, cum parens, aut liberi, aut vir, aut frater ab hoste captus domum rediret; cum desponsa est, cum propiore quis cognatione, quam is, qui iugeretur, natus est, cum in casto Cereris est, omnique gratulationi.

PAYLYS. *Minoritiones* appellantur auium minorum cantus.

FESTVS. *Minusculae Quinquatrus* appellabantur Idus Iuniae, quod is dies festus erat tibicinum, qui Mineruam colebant. *Quinquatrus* proprie dies festus erat Mineruae, Martio mense.

PAYLYS. *Minuere*, & minueri ex Graeco *μινύω* dictum videri potest.

Minyae dicti Argonautae, quod plerique eorum ex filiis Minyae fuerant orti.

Mirachidion primae adolescentiae.

Miracula, quae nunc digna admiratione dicimus; antiqui in rebus turpibus utebantur.

Mirior dicebant comparatiuum a miro. Titinius: Mirior inquam tibi videor.

Miscelliones appellantur, qui non certae sunt sententiae, sed variorum, mixtorumque iudiciorum sunt.

10 *Misenum* promontorium a Miseno tubicene Aeneae ibi sepulto est appellatum.

Miseratur is, qui conqueritur aliena incommoda: *miseretur is*, qui miserum subleuat.

Miserer me eadem forma dicitur, qua piget, poenitet, caedet.

Modo cum per correptum O dicitur, significat tempus, ut modo veni. & ponitur pro tantum, ut Tace modo. quod si producta posteriore syllaba enuntietur, datius vel ablatius est casus, ab eo, quod est modus.

Modo quodam, id est ratione dicuntur omnia ista a modo: commoditas, commodus, commodat, accommodat, modice, modestia, moderatio, modificatio.

quondam id

fit commodi

dat, modi

ficatio.

30 *Moene* singulariter dixit Ennius: Apud Emporium in capto hostium per moene.

Moenia muri, & alia muniendae urbis gratia facta, ut Attius in Helenibus: Signo extemplo canere, ac tela ob moenia offerre imperat. Significat etiam officia. Plautus in Nerularia: prohibentque moenia alia, vnde ego fungar mea.

Mola vocatur etiam far tostum, & sale sparsum, quod eo molito hostiae aspergantur.

Moles pro magnitudine fere poni solet. moliri, & molitiones a molendo certum est dici.

Mollestras dicebant pelles ouiles, quibus galeas extergebant.

Molucrum non solum quo molae vertuntur dicitur, id quod Graeci *μολυκρον* appellant, sed etiam tumor ventris, qui etiam virginibus solet caenire, cuius meminit Afranius in Virgine: Ferme virgini, tanquam grauidae mulieri crescit vterus, molucrum vocatur, transit sine doloribus. Cloatius etiam in libris sacrorum. Molucrum autem esse lignata quoddam quadratum, vbi immolatur. Idem Aelius in explanatione carminum Salarium eodem nomine appellari ait, quod sub mola supponatur. Aurelius Opilius appellat, vbi molarur.

60 *Momay*, Siculi stultum vocant.

Momay

Momen, momentum. Lucretius: Moinc si paruo possent impulsa moveri.

Monile dictum est ornatus muliebris, quale habuisse Eriphylem fabulae ferunt. ex co etiam equis praependens a collo ornatum monile appellatur.

Monimentum est, quod mortui causa aedificatum est: & quidquid ob memoriam alicuius factum est, vt fana, porticus, scripta, & carmina. Sed monimentum quamuis mortui causa sit factum, non tamen significat ibi sepulchrum.

Monitores dicuntur & qui in scena monent histriones, & libri commentarij.

Monodos appellatus est Prusae filius, qui vnum os habuit dentium loco. similiter habuit & Pyrrhus rex Epirorum.

Monstrum, vt Aelius Stilo interpretatur, a monendo dictum est, velut monestrum. Item Sinius Capito, quod monstret futurum, & moneat voluntatem deorum. quod etiam *prodigium*, velut praedictum & quasi praedictum, quod praedicat eadem, & *portentum*, quod portendat, & significet inde dici apparet id quantum, quod mihi visum est adiucendum. praesertim cum ex eadem significatione pendeat, & in promptu sit omnibus, id est *ostentum*, quod item ab ostendendo dictum est. *Monstra* dicuntur naturae modum egredientia, vt serpens cum pedibus, avis cum quattuor alis, homo duobus capitibus, iecur cum distabitur in coquendo.

FESTVS. turae modum e.
avis cum quatt
iecur cum dist

PAYL. *Moracias* nuces, Titinius duras esse ait, vnde fit deminutiuum moracillum.

Morbosum hominem, morbo aliquo affectum.

Mortem obiisse, ea consuetudine dicitur, qua dixerunt antiqui ob Romam legiones ductas, & ob Troiam duxit exercitum, pro ad. similiterque, *vadimonium* obiisse, id est ad vadimonium iisse, & *obuiam*, ad viam.

FESTVS. *Mortis causa* stipulatio existimatur fieri, vt ait Antistius Labeo, quae ita fit, vt morte promissoris confirmetur, aut vt quidam dixerunt, cuius stipulationis non fuit causa.

Mortuae pecudis corio calceos, aut soleas fieri Flaminiis nefas habetur: sed aut occisa alioqui, aut immolatae. quonia sua morte extincta omnia funesta sunt.

PAYLVS. *Mortuae* pecudis corio calceos fieri Flaminiis nefas habebatur, quonia sua morte extincta omnia funesta aestimabantur.

Mortuus ab emerita vita dictus.

Mos est institutum patrium pertinens maxime ad religiones, caeremoniasque deorum antiquorum.

60

Mos est trium defunctorum veterum pertinens maxime ad religiones c
niasque antiquorum.

Mosculus Cato pro paruis moribus dixit
uis qui moribus dixit

Mox, paulo post.

Mucia prata trans Tiberim dicta a Mucio, cui a populo data fuerant, pro eo quod Porphenam Etruscorum regem sua constantia ab vrbe dimouit.

Muger, mucosus.

Muger dici solet a castrensum hominibus quasi mucosus is, qui talis male ludit.

Muginari est nugari, & quasi tarde conari.

Mugionia porta Romae dicta est a Mugio quodam, qui eidem tuendae praefuit.

Mulleiber Vulcanus a mollendo scilicet ferro dictus est. *mollere* enim molliere, siue lenire est. Pacuuius: Quid me obrutu terres; mulces laudibus?

Muli Mariani dici solebant a C. Mario instituti, cuius milites in furca interposita tabella varicosius onera sua portare adfuerant.

Mulis celebrantur Iudi in circo maximo Consulibus. quia id genus quadrupedum primum putatur coeptum curru, vehiculoque adiungi.

Mulus vehiculo lunae adhibetur: quod tam sterilis ea sit, quam mulus. vel quod vt mulus non suo genere, sed equi creetur; sic ea solis, non suo fulgore luceat.

Mulleos genus calceorum aiunt esse, quibus reges Albanorum primi, deinde patricij vsi sunt. M. Cato Originum libro septimo: Qui magistratum curulem cepisset, calceos mulleos allucinatos. ceteri perones. Item Titinius in Setina: Iam cu mulleis te ostendisti, quos tibiatis in calceos.

Multam Osce dici putat poenam quandam. M. Varro ait poenam esse, sed pecuniaria, de qua subtiliter in libro primo quaestionum epistolarum refert. *Maximam multam* dixerunt trium millium & viginti assium. quia non licebat quondam pluribus triginta bobus, & duabus ouibus quemquam multari. aestimabaturque bos centussibus, ouis decussibus.

Multifacere dicitur, sicut *magnificere*, & *par-nificere*. Cato: Neque fidem, neque iustitiam, neque pudicitiam multifacit. Quod merito ab vsu recessit; quia quantitas numero non aestimatur, nec desiderat multitudinem.

Multifa magnificere, & par

. tiam de pudicitia.

M

. ntitas

. nerum

PAVLVS. *Multifariam* dixerunt antiqui, quod videlicet in multis locis dari poterat. id est dici. *Mummiana aedificia* a Mummio dicta. *Mundus* appellatur caelum, terra, mare, & aer. mundus etiam dicitur ornatus mulieribus. quia non alius est, quam quod moueri potest. mundus quoque appellatur lautus, & purus. Ateius. Cum virginali mundo clam pater . . . Ennius: idem loco nauibus celsis, munda facie, atque etiam aere.

FESTVS. *Mundus*, ut ait Capito Ateius in libro sexto pontificali, ter in anno patere solet, diebus his: postridie Volcanalia, & ante diem sextum Id. Nouemb. Qui quid ita dicatur, sic refert Cato in Commentariis iuris ciuilibus: *Mundo* nomen impositum est ab eo mundo, qui supra nos est. Forma enim eius est ex iis, qui intrauere, cognoscere potuit, ad similes ille eius inferiorem partem, veluti consecrata diis manibus clausam omni tempore, nisi iis diebus, qui supra scripti sunt, maiores e . . . quos dies etiam religiosos iudicauerunt, ea de causa, quod quo tempore ea, quae occulte, & abdita, ea religionis deorum manium essent, veluti in lucem quandam adducerentur, & patefierent: nihil eo tempore in republica geri voluerunt. Itaque per eos dies non cum hoste manus conferebant: non exercitus scribebatur: non comitia habebant . . . aliud quicquam in re . . . nisi quod vltima nece . . . admonerat, administrabatur.

PAVLVS. *Mundum* gentiles ter in anno patere putabant diebus his: postridie Volcanalia, & ante diem tertium Nonas Octobris, & ante diem sextum Idus Nouembris. inferior enim eius partem consecratam diis manibus arbitantes clausam omni tempore, praeter hos dies, qui supra scripti sunt. quos dies etiam religiosos iudicauerunt ea de causa, quod his diebus ea, quae occulte, & abdita religionis deorum manium essent, in lucem adducerentur, nihil eo tempore in rep. geri voluerunt. Itaque per hos dies non cum hoste manus conferebatur, non exercitus scribebatur, non comitia habebantur, non aliud quidquam in rep. nisi quod vltima necessitas exegisset, administrabatur.

Museum significare certum est officiosum, unde est contrarium *immunitis* dicitur, qui nullo fungitur officio.

Muneralis lex vocata est, qua Cincius cauit, necui liceret munus accipere. Plautus: Neque muneralis legem, neque lenoniam roga: fuerit, necne, hocci aestimo.

Municas pro *communicas* dicebant.

. . . *communicas* dicitur . . . **FESTVS.**
aut ut potius eo

Municeps est, ut ait Aelius Gallus, qui in municipio liber natus est. Item qui ex alio genere hominum munus functus est. Itaque qui in municipio a seruitute se liberauit a municipe. Item municipes erant, qui ex aliis ciuitatibus Romam venissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tantum muneris partem. At Ser. filius aiebat initio fuisse, qui ea conditione ciues Romae fuissent, ut semper temp. separatim a populo Romae haberent, Cumanos videlicet, Acerranos, Atellanos, qui aequae ciues Romae erant, & in legione merebant, sed dignitates non capiebant.

Municipalia sacra vocabantur, quae ante urbem conditam colebantur.

Municipalia sacra vocabantur, quae ab initio habuerunt ante ciuitatem Romanam acceptam; quae obseruare eos voluerunt Pontifices, & ex eo more facere, quo adfuissent . . . antiquitus.

Municipium id genus hominum dicitur, qui cum Romam venissent, neque ciues Romae essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum vna cum Romanis ciuibus, praeterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo; sicut fuerunt Fudani, Formiani, Cumanii, Acerrani, Lanuini, Tusculani, qui post aliquot annos ciues Romae effecti sunt. Alio modo, cum id genus hominum definitur, quorum ciuitas vniuersa in ciuitatem Romanam venit, ut Aricini, Caerites, Anagnini. Tertio, cum id genus hominum definitur, qui ad ciuitatem Romanam ita uenerunt, ut municipia essent sua cuiusque ciuitatis, & coloniae, ut Tiburtes, Praenestini, Pisani, Arpinates, Nolani, Bononienses, Placentini, Nepefani, Sutrii, Lucenses.

Munificior a munifico identidem Cato dixit. cum nunc *munificentior* dicamus, quamuis munificens non sit in usu.

. . . munifico cum dicamus . . .
. . . vis munificens non sit . . . **FESTVS.**
. . . eam scripsit . . . munifi . . .

Munitio morficatio ciborum.

Munus significat officium, cum dicitur quis munere fungi. Item donum, quod officij causa datur.

Murciae deae sacellum erat sub monte Aetino, qui antea Murcus vocabatur.

Murgifonem dixerunt a mora, & decisione.

Muries dicebatur sal in pila trunsum, & in ollam fictilem coniectum, & in furno percoctum, quo dehinc in aquam misso Vestales virgines utebantur in sacrificio.

Muries est, quemadmodum Veranus docet, ea quae fit ex sale sordido in pila pinfata, & in

& in ollâ fritilê coniecto, ibique operto, gypfatoque, & in furno percocto, cui virgines Vestales ferra ferrea lecto, & in ferriam coniecto, quae est intus in aede Vestae in penu exteriori, aquam iugem, vel quamlibet, praeterquam quae per fistulas venit, addent, atque ea demum in sacrificiis vtuntur.

Murrata potione vsos antiquos indicio est, quod etiam nunc Aediles per supplicationes diis addunt ad puluinaria, & quod XIII tabulis cauetur, ne mortuo indatur, vt ait Varo in antiquitatum libro primo.

PAVLVS *Murrata potione* vsi sunt antiqui: sed postea adserunt murrâ diis suis libare. ideoque duodecim tabulis est cautum, ne mortuo inderetur.

Murridium ignauum, stultum. Plautus: Murricide homo, ignaue, iners.

Murrina genus portionis, quae graece dicitur *nektar*. hanc mulieres vocabant *murriniam*, quidam *murratum vinum*. quidam id dici putant ex *vnnae* genere *murrinae* nomine.

Muscerdas prima syllaba pducta sterces murrum appellant.

Muscare, murmurare. Ennius. In occulto muscabant, vulgo vero pro tacere dicitur, vt idem Ennius: Non decet muscare bonos.

Mustricola est machinula ex regulis, in qua calceus nouus fuitur. Afranius: Mustricolam in dentes impingam tibi.

FESTVS. *Muta*
 isti vocem
 multo
 intelle
 cem . . . as dici
 vt cui potius con .

PAVLVS. *Muta* exta appellabant, ex quibus nihil diuinationis animaduertebant.

FESTVS.
 dicuntur, quibus ni
 respons
 iutoria quae 40
 cant, aut ab in
 a veneno taliq.
 instare periculum
PAVLVS. finiam deminution

Mutae dicuntur literae, quod positae in vltimis partibus orationis obmutescere cogant loquentes, vel quod paruae, exiguaeque sint vocis. vt cum mutum oratorem, aut tragoedum dicimus.

FESTVS. murum dicimus: aut quod nullius fiant vocis, cum in eas litteras incidant.

. iuocales
 ubendo, aut
 fuisse, in eo
 plicata fit
 fer. sacrorum

Mutini Ticini sacellum fuit in Velis aduer-

10

20

30

40

50

60

sum Muram Mustellinum in angulo de quo aris sublati balnearia sunt . . . acta dom . . . caluini, cum mansisset ab vrbe condita nciptum Augusti & sancte cultum manifestum est extum & vicensimum dextra u iculum colitur et ine ula

PAVLVS.

Mutini Ticini sacellum fuit Romae, cui mulieres velatae togis praetextatis solebant sacrificare.

Mutare, loqui. Ennius in Telepho: Palam mutire plebeo piaculum est.

Myoparo genus nauigij ex duobus dissimilibus formatum. Nam & midion, & paron per se sunt.

Myrmilonica scuta dicebant, cum quibus demuto pugnant. erant siquidem ad hoc ipsum apta.

Myrtica corona Papirius vsus est, quod Sardos in campis myrtis superasset.

. vt patri sui heres e
 tet tam heres est, quam
 in potestate alie
 & suus heres vt p
 Sulpicius in ea oratio
 pro Aufidia

FESTVS.

rcip. publi
 rae imperi
 sae consensu
 populi comit
 vt capere eam
 certoue ex
 ad tempus admi
 lebarum
 s sterit pro regno
 Veranius in libro
 cum quod ei summae
 causam Graec
 eo autem non

N

Naccae appellantur vulgo fullones, vt ait Curiatius, quod *naues* non sint, id est nullius pretij. Idem sentit & Cincius. quidam aiunt, quod omnia fere opera ex lana *nacae* dicantur a Graecis.

FESTVS.

Naccae appellantur fullones, quod *nauci* non sint, id est nullius pretij. omnia fere opera ex lana *nacae* dicuntur a Graecis.

PAVLVS.

Naenia est carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiã. Sunt qui eo verbo sine significari putant. Quidam volunt *naenia* ideo dici, quod voci similior *querimonia* sentium sit. Quidam aiunt *naeniae* ductum nomen ab extremi intestini vocabulo; Graeci enim *extremu* dicunt. Siue quod chordatum vltima *extremu* dicitur, extremam cantionis vocem *naenia* appellarunt.

FESTVS. *Nacenia* est
 . . . gratia can.
 . . . nius in ma . . . p.
 . . . quia se anti
 . . . nificari credi
 . . . abi ergo
 . . . idem huic nom
 . . . dixit domi, & ap
 . . . niam esto quolda
 . . . quod & voci sin
 . . . sit, quidam aiunt ne
 . . . mi intestini voca
 . . . nio vitur Plautus
 . . . chaedem ad vol
 . . . te reddamu
 . . . rem son
 . . . do efferim
 . . . Graeci *νακτις* dicunt

PAVLVS *Naceniae* deae *facellum* extra portam Viminalem fuerat dedicatum.

FESTVS. . . . *facellum* ultra portam
 *aediculam*.

PAVLVS *Nacenia* silua dicta iuxta urbem, quod *Nacui* cuiusdam fuerit.

FESTVS. . . . vocitatem exira
 rum, quod *natui* cu
 nemora *Nacenia* ap
 ait quam ob probri loc.
 quod in ea morari ads
 mines, testis est M
 in Coelium si se appella
 a porta *Nacenia* atque ea
 unt prouerbi
 refertur a Ver

Nancitor in XII. nactus erit, praedatus erit. Item in foedere Latino, *Pecuniam Quis nancitor habeto*. & siquid *Pignoris nancitur*, sibi habeto.

PAVLVS. *Nancitor*, nactus erit.

Nanum Graeci vas aquarium dicunt humile, & concauum, quod vulgo vocant *stulū barbatum*: vnde *nani* pomiliones appellantur.

FESTVS. . . . tionem eius
 humilem et.
 barbatum

Napuae *neclito* cum dixit Pontifex, *funiculi* ex stramentis fiunt.

PAVLVS. *Napuae*, *funiculi*.

Nare a naue dictum quod aqua feratur *natās*, vt *nauis*. *Natare* est *saepius nare*, vt dicitare, *factitare*.

FESTVS. *Nare* a naue ductum *Cornificius* ait, quod aqua feratur *natans* vt *nauis*. *Ennius* libro septimo: Alter *nare* cupit, alter *pugnare* paratust. *Plautus* in *Aulularia*: *Qua* si *pueri*, qui *nare* discunt, *scirpea* induit ut *ratis*. *Natare* igitur est *saepius nare*, vt dicitare, *factitare*.

Nares appellari putant, quod per ea *nasi* *feramina* odoris cuiusque *nari* *flamus*.

Narica est genus *piscis* minuti. *Plautus*: *Muriaticam* autem *video* in *vasis* *stagocis* *naricam* *bonam* & *canutam*, & *taguma* *quinas* *faras* *conchas* *piscinarias*.

Narica, genus *piscis* minuti.

Nassa est *piscatorij* *vasis* *genus*, quo cum *intravit* *piscis* *exire* non potest. *Plautus*: *Nūquam* *hercule* *ex* *ista* *nassa* *hodie* *ego* *eicam* *petam*.

Nassiterna est genus *vasis* *aquarij* *ansati*, & *patentis*. quale est quo equi *perfundi* solent. *Plautus* in *Bacchidibus*: *Ecquis* *euocat* *cum* *nassiterna*, & *cum* *aqua* *istum* *im* *purissimum*? & in *Neruolaria*: *Ecquis* *huc* *effert* *nassiternam* *cum* *aqua* *sine* *suffragio*? & *Caro* in *ea* *oratione*, *quam* *composuit* in *Q. Sulpicium*. *Quotiens* *vidi* *truilos* *nassiternas*, *perfulos* *aqualis* *matellas* *sine* *ansis*.

Nassiterna genus *vasis* *aquarij* *ansati*, & *patentis*.

Natinatio dicebatur *negotiatio*, & *natinatores* *ex* *eo* *seditionis*.

Nati *natio*, & *natinatores*
 *gerentes*. *M. Cato* in
 *ultu* *Macedoniae*, *Etruriam*
Samnites, *Lucanos* *iuter* *se* *natinari*, *atque*
factiones *esse*.

Natio genus *hominum*, qui non aliunde *veniunt*, sed *ibi* *nati* *sunt*. in *pecoribus* quoque *bonus* *proventus* *fecurac*, *bona* *natio* *dicitur*.

. . . . *natum*, *Cin*
 *nt*, *sed* *ibi*
 *ationem* *ait*
 *nibus* *se* *te*
 *us* *seiuuncti*
 *to* *omnia* *fe*
 *cius* *Sabinos*
 *bus* *quoque* *bonus*

Nauali *corona* *solet* *donari*, qui *primus* in *hostium* *nauem* *armatus* *transierit*.

. . . . *us* in *hostium*
 *opera* *ma*
 *est* *eam* *M*
 *CN. Pom*
 *tillus* *bel*
 *um* *est* in *car*
 *nfuerti*
 *minabantur*
 *pro* *nulla*
 *vt* *nec*

Naualis *porta* a *vicinia* *naualium* *dicta*.

. . . . a *regio* *vide*
 a *appella*

Naualis *scriba*, qui in *naue* *apparebat*, *inter* *aliud* *genus* *scribarū* *minimae* *dignitatis* *habebatur*, quod *periculis* *quoque* *eius* *ministe*.

ministerium esset obiectum. Plautus: Non ego te noui naualis scriba columbari impudens: siue quod columbaria in naue appellantur ea, quibus remiget, siue quod columbariorum quaestus temerarius, incertusque.

Naucum ait Ateius Philologus poni pro nugis. Cincius quod in oleae nucis, quod intus sit. Aelius Stilo omnium rerum putamen. Glossematorum autem scriptores fabae grani quod haereat in fabulo. Quidam ex Graeco, *ναυκῆ οὐχὶ*, leuem hominem significari. Quidam nucis iuglandis, quam Verrius iuglandam vocat, medium velut dissepimentum. Plautus in Parasito pigro: Ambo magna laude lauti, postremo ambo sumus non nauci. Item in Mostellaria: Quod id esse dicam verbum nauici nescio. & in Truculentis: Amas hominem non nauici. & Nauius, (&) Tuniciflaria: eius nocte nauico ducere. Sed Ennius: Illic est nugator nihili, non nauici homo.

PAVLVS. **Naucus** pro nugis ponitur, alias pro oleae, aut nucis nucleo. alij omnium rerum putamen ita appellari volunt. quidam ex Graeco, quod sit *ναυκῆ οὐχὶ*, leuem hominem significari volentes. quidam volunt sic appellari membrulam, quae in nucis iuglandis est medio.

Nauia lignum cauatum vt nauis, quo in vin demis vti solent.

FESTVS. **Nauia** est vno ligno exculpto, vt nauis, quo vtuntur alieo in vindemia. ficus quoque in comitio appellatur Nauia, ab Attio Nauio augure. Nam cum Tarquinius Priscus institutas tribus a Romulo mutare vellet, deterrereturque ab Attio per augurium, vt eluderet eius prudentiam, interrogauit eum, an fieri posset, id quod animo proposuisset suo; cui ille permittente augurio cum respondisset effici posse; iussit rex cotem, ac nouaculam pro

- . . . an eos illa
- . . . culam subito
- . . . ex eo Tarq.
- . . . cere noua
- . . . cratum de
- . . . esse intra
- . . . sacro sit e
- . . . subserisui
- . . . to tanto s
- . . . loco complu
- . . . euulfae de
- . . . moueren
- . . . erant sicu
- . . . isse. adm
- . . . cum & diuin
- . . . uiueret lib
- . . . suram ideo quod
- . . . tas secundum in cor

tos, quos nunc n
Cato in in ea, quam ser
retur, cum ait nauitae
vinum atque oleum u

Nauscit cum gran
. . . gratia quod sit non diff

Nauscit cum granum fabae se nascendi gratia aperit, quod sit non dissimile nauis formae. **PAVLVS.**

10 **Naufibulum**, alueum ad nauis similitudinem factum.

Naufibulum vocabant antiqui vas aluci simile, videtur a nauis similitudine. **FESTVS.**

Nauica herba graminis nigris, qua coriatij vtuntur, a naue ductum nomen, quia nauiscam facit permutatione T in S. **PAVLVS.**

. . . lius Aurelius herb. **FESTVS.**

. . . qua coriatij vtuntur

. . . tum nomen, quia nauiscam fa

10 . . . s literarum inter me
. . . Plautus in Arctemone
. . . lionum nauicam fecisset

. . . lem atq. aro

. . . nguentum o

. . . o scorto sup

. . . in Commen

. . . dum quiddam

. . . colorant.

30 **Nautiorum** familia a Troianis dicitur oriunda. **PAVLVS.**

Nautiorum fa **FESTVS.**

. . . eorum princeps

. . . aeneum Mi

. . . ucare soliti

. . . abatur de cau

. . . conductiq. ab

. . . anam oppugna

. . . missus L. Caecilius

40 . . . fectus esset. missi

. . . um de foedere viola

. . . us P. Veturius, qui

. . . refectionem corpo

. . . nferdissent Bruti

. . . Romanis erat bello

. . . aut inde a principe

. . . appellata est.

Nauis, celer, ac strenuus: a nauium velocitate videtur dictus. Ennius libro sexto: Nauus repertus homo Graio patre Graius

50 homo rex. & libro sextodecimo: Nauorum imperium seruate est insuperantum. Plautus in Friuolaria: *Nauis agere oportet, quod agas, non ductariet.*

Nauis, celer, ac strenuus: a nauium velocitate dictus. **PAVLVS.**

Nebulo dictus est, vt ait Aelius Stilo, qui non **FESTVS.**

pluris est, quam nebula, aut qui non facile

per spici possit, qualis sit, nequa, nugator.

60 **Nec** coniunctionem grammatici fere dicunt

esse disunctiuam, vt Nec legit, nec scribit; cum si diligentius inspiciatur, vt fecit Sinius Capito, intelligi possit eam positam esse ab antiquis pro non. vt in x i i. est, *st ei custos necessest. Item: Si adorat furto, quod nec manifestum erit. & apud Plautum in Phalmate: Nec recte si illi dixeris. & Turpilium in Demetrio: nec recte dici mihi quod iam dudum audio.*

PAVLVS. *Nec coniunctio disunctiuam est, vt Nec legit, nec scribit. ponitur etiã pro non. Turpilium: Nec recte dici mihi iam dudum audio.* 10

FESTVS. *Nec mulieri, nec gremio credi oportere. pro uerbium est, quod & illa incerti, & leuis animi est: & plerumque in gremio posita, cunct in obliuionem uenerunt exurgentium, procidunt.*

Necem suspic

PAVLVS. *Necem a Graeco dici certum est. vixit enim mortuum dicunt Graeci.* 20

FESTVS. *Neci datus proprie dicitur, qui sine vulnere interfectus est, vt veneno, aut fame.*

PAVLVS. *Necerim, nec eum.*

FESTVS. *erim, nec eum.*

Necessarium ait esse Opillus Aurelius, in quo non sit cessandum, aut sine quo viui non possit. aut sine quo non beneuiatur; aut quod non possit prohiberi, quin fiat. 30

PAVLVS. *Necessarium, in quo non sit cessandum.*

FESTVS. *Necessarij dicuntur cognati, aut affines, in quos necessaria officia conferuntur.*

Necessarij sunt, vt Gallus Aelius ait, qui aut cognati, aut affines sunt, in quos necessaria officia conferuntur praeter ceteros.

Nectar Graece significat deorum potionem, vnde Vergilius ait: Stipant, & dulci distendunt nectare caellas. Itẽ Lucretius libro 2. Et nardi florem, nectar quifloribus habet. 40

PAVLVS. *Nectar Graece significat deorum potionem. Nectere, ligare.*

FESTVS. *Nectere, ligare significat, & est apud plurimos auctores frequens. quin etiam in commentario sacrorum vsurpatur hoc modo. Potifex minor ex stramentis naturas nectito. id est funiculos facito, quibus sues adnectantur.*

Necumquam, nec vquam quemquam.

PAVLVS. *Nefasti dies N littera notantur.* 50

FESTVS. *ti dies nom apud quem addico nep. riores sunt q. liberati sunt unt. & in prouin instituta fiunt, & aedes sacrari so.*

PAVLVS. *Nefrendes arietes dixerunt, quod dentibus* 60

fringere non possint. Alij dicunt nefrendes infantes esse nondum frendentes, id est frangentes. Liuius: *Quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem. Sunt qui nefrendes testiculos dici putent, quos Lanuini appellant nebrundines, Graeci*

negyvs, Praenestini nefrones. 1

us Scacuola FESTVS.

sint. Atcius.

ndentes id est

vt quem ego non

us opera. et

pro nefrendibus

vsus recens

s, quos Lanu

Graeci negyvs

Negibundum a

ca, quam scrip

negibundus

Negibundum pro negante dixerunt. 20

Neglegens non legens, neque electum habes, quid debeat facere.

Neglegens dictus est non legens, neque dilectum habens, quid facere debeat omilla ratione officij sui. FESTVS;

Negotium quod

tate quae

Negotium, quod non sit otium. PAVLVS.

Negritu in augurijs significat aegritudo. FESTVS.

Negumate in carmine C N. Marci vatis significat negare, cum ait: Quanuis mouentium duonum negumate.

Negumate, negate. PAVLVS.

Nemini genitiuo casu Cato vsus est, cum dixit, Sunt multi corde, quos non miseret neminis.

Nemius . . . & quis dicere cum sit FESTVS.

vitio creatis, neminisque.

in Eretheo: lapideo sunt corde multi, quos non miseret neminis.

Nemo compositum videtur ex ne, & homo. quod confirmatur magis, quia in persona semper ponitur, nec pluraliter formari solet, quia intelligitur pro nullo.

Nemo, nec homo. PAVLVS.

Nemora significant siluas amoenas.

as amoenas ua FESTVS.

buli auctor ho

ca vsu mĩ oxite

don dubium non

qui campos & pascua

quis vj) es au

Nemut, nisi etiam, vel nempe. PAVLVS.

mut, nisi etiam, vel FESTVS.

ibunici, cum ait. nemut

rumnas.

Nepa Afrorum lingua fidus, quod cancer appellatur. vel, vt quidam volunt scorpius. Plautus: Dabo me ad parietem, imitabor nepam. PAVLVS.

nebam.

ei suffragium ferre, qui non tulisset in sua. nequis cuius suffragij iure priuaretur. nam *scisito* significat sententiam dicito, ac suffragium fertor: vnde *scita plebis*. Sed in ea centuria, neque cenletur quicquam, neq. centurio praeficitur, neque centurialis potest esse, quia nemo certus est eius centuriae. est autē Niqui sciuit, nisi quis sciuit.

Ninem. . . Graeco qui id
 nificat da
PAVLVS. *Ninem* interpretatur nouū ex Graeco, quod illi dicunt *νίνον*.

FESTVS. *Nixi dij* appellabantur, quos putabant praesidere parientium nixibus.

Nixi dij appellantur tria signa in Capitolio ante caellam Mineruae genibus nixa, velut praesidentes parientium nixibus. quae signa sunt qui memoriae prodiderint, Antiocho rege Syriae superato M. Acilium subtracta a populo Ro. adportasse, atque vbi sunt, posuisse. etiā quae capta Corintho aduecta huc, quae ibi subiecta fuerint mensae.

Nobilem antiqui pro noto ponebant, & quidem per G litteram, vt Plautus in Pseudolo: Peregrina facies videtur hominis, atq. gnobilis. & oculis meis obuiam gnobilis obicitur. Attrius in Diomede: Ergo me Argos referam, nam hic sum. l. gnobilis. Lilius in Virgo ornāmēta incendit gnobilis ignobiles.

Nobilem antiqui pro noto ponebant. Plautus Peregrina facies, atque ignobilis.

Noctilucam Lucilius cum dixit, obcaenum significat.

. lib. ij. obscae
FESTVS. medica

PAVLVS. *Noctua* a tēpore noctis dicta, quo canit, vel volat.

. ore, eo quo
 appellatur

FESTVS. *Noegeum* quidam amiculi genus praetextum purpura, quidam candidum ac perlucidū, quasi a *nauco*, quod putamen quorundam pomorum est tenuissimum non sine candore, vt Lilius ait in Odyssia: Simul ac la crimas de ore noegeo Deterfit. id est candido.

Noegeum amiculi genus. Noegeum candidū. Lilius: Lacrimas de ore noegeo Deterfit. id est candido.

FESTVS. *Nomen* dictum quasi nouimen, quod notitiam facit.

Nomen siue ex Graec
 ue familiae est
 actum dicimus
 ecunia sit

Nonarum, Iduum, kalēdarū posteri dies nuptiis alieni habentur; quoniam hi dies decreto Pontificum attri iudicati sunt: quod

quotienscumque Romani duces belli gerendi gratia his diebus supplicauerūt, male rempublicam gessere.

. III. kalen **FESTVS.**
 vae nuptae
 trum inlucisce
 es esse iudica
 uces belli ge
 e temp. ges

10 *Nonas* quidem a noua luna, quod in eas concurreret principium lunae. alij quod semper ante diem Iduum nonum essent, scribique ideo debere primam appellationis eius syllabam adiecta V littera.

Noncolae vocantur papillae, quae ex faucibus caprarum dependent.

. as est caefis
 parum sup

20 *Non omnibus dormio*: proverbium videtur natum a *cinio* quodam qui Parathenon dictus est, quod simularet dormientē, quo impunitius vxor eius moecharctur. eius meminit Lucilius.

Non pridem, acque, & recte, & frequenter dicitur, ac iam pridem, quam pridem.

Nonnuncium
 ludi adpellant signi
 runcium, quod singuli sex
 um sit

30 *Nonnuncium, & teruncium* dicitur, quod nouem vnciarum sit, siue trium.

Nota nunc significat signum, vt in pecoribus nunc litteras singulas, aut binas; nūc ignominiam.

Nota nunc significat signum, vt in pecoribus tabulis, libris, litterae singulae, aut binae; alias ignominiam.

Notum Graeci natum ex vxore non legitima vocant, qui apud nos spurio patre natus dicitur, quod Ser. Tullius, qui Romae regnauit, natus est ex concubina Spurius Tulli tribus nisi forte malimus credere Oclisia Corniculana captiua, cum susceptum matre seruiente.

Nothi Graeci natū ex vxore nō legitima dicitur, qui apud nos spurio patre natus est.

Nouae curiae proximae compitum Fabriciū aedificatae sunt, quod parum! amplae erāt veteres a Romulo factae, vbi, is populum & sacra in partis triginta distribuerat, vt in iis ea sacra curarent, quae, cum ex veteribus in nouas euocarentur; septem curiarum per religiones euocari non potuerūt. itaque Foriensis, Raptae, Vellensis, Vellitiae res diuinae fiunt in veteribus curiis.

50 *Nonalis ager* nouae relictus sementi.
 ucius eum esse vbi
 sementem sit relic
 T Sicini Volsci
 inissent aduersus
 combusti feruntur

PAVLVS.
FESTVS.

neque est proxime cir-
pide albo constratus.
Opiter Verginius.
Laenuus. Postumus Co-
llius Tolerimus, P. Ve-
onius Atratinus, Ver-
ius Scaeuola. Sex. Fufi.
Nonendiales feriae.
Hostilio rege extin-
is nono die inferi. 10
more Albano lapi-
exaudita, vt Alban-
rant sacra nam ab his.
quae missa crate a poet-
tibus coepissent.
lo Cos. operae.
pugnari pos.

PAVLVS. *Nonendiales feriae a numero dierum sunt dic-
tae.*

Noxera dicitur, quā quis sublatis liberis no- 20
uā vxorem ducit, augēdae familiae gratia.

FESTVS.
tis nouam.
gratia, id est coer-
ercterrannia.
Ser. Tullio.
scenderetur.
tinus in Auen-
rum Aelius.
aiunt esse.
mero quoque. 30

PAVLVS. *Noxa* ponitur pro peccato, aut pro peccati
poena, cum lex iubet noxae dedere pro
peccato.

Noxia apud antiquos damnū significat, sed
a poetis ponitur pro culpa.

vt Ser. Sulpicius.
apud poetas autē, & oratores ponitur
pro culpa. at noxa peccatū, aut pro peccato
poenam, vt Attius in Melanippo. te re esse 40
huic noxae obnoxium. Item cū lex iubet
noxae dedere, pro peccato dedi iubet. Caeci-
lius in Hypobolimaeco chereftato. Nā ista
quidem noxa mulieris est magis, quā viri.

Nuces
untur pueris, vt nonae
noui mariti auspiciū
listinum.

PAVLVS. *Nuces* flagitantur nuptis, & iaciuntur pueris,
vt nouae nuptiae intranti domū noui ma- 50
riti secundum fiat auspiciū.

Nuculas Praenestinos appellabant; quod in-
clusi a Poenis Casilini famem nucibus su-
stentantur; vel quod in eorum regione plu-
rima nux minuta nascitur. FESTVS.

Nuci.
quod inclusi
uerunt; vel quod in
ta nascitur.

PBVLVS. *Nudius* tertius compositum ex nunc, & die 60

tertio.
situm ex nunc
in agro
ant a pa
aci sint
dicantur pa
tur caelum cau
icatur dam

Numam Pompiliū Ianicul.
ferunt, in quo arcam eius in
nominis a Terentio.
te agrum.

Numae Pompilij in Ianiculo est sepulchrum.
PAVLVS.

Numella genus vinculi, quo quadrupedes de-
ligantur. FESTVS.
quod quadruped
ri neruo, aut co

Numen, quasi nutus dei, sac potestas, dicitur.
nutus dei, ac pote . . . FEST.

Numera senatum ait quiuis senator consuli,
cum impedimēto vult esse, quo minus fa-
ciat senatusconsultum. postulatque, vt aut
res, quae adferuntur, diuidantur; aut singu-
li cōsulātur; aut si tot nō sint senatores quo
numero liceat praescribi senatusconsultū.

Numerius praenomen numquam ante fuisse
in patricia familia dicitur, quāuis Fabius,
qui vnus post sex & trecentos ab Etruscis
interfectos superfuit, inductus magnitudi-
ne diuitiarum vxorem duxit Otacilij Ma-
leuentani, vt tum dicebantur, filiā, ea con-
ditione, vt qui primus natus esset, praeno-
mine aui materni Numerius appellaretur.

Numerius praenome est tractū ab auo. PAV.
Numero dicebant pro nimium.

FESTVS.
nt videtur esse
num numero fu
co ordine vsur
etudine loquen
ciusmodi, siue
inum quemadmodum
vsus Pompeius Sex
ma syllaba voca
u casus eadem cor.
e temporis praesentis
antiquos nimium
Sinnius Capito. esse enim
um vos estis minime
ero perbiterint, nisi cito
miū si isso, qui exca, numero
estis mortui, hoc exemplo, vt pingeretis, id
est, cur cito mortui estis? Item in Nelei:
Numquam numero matri faciemus vo-
lui. Idem est. Numquam nimium facie-
mus. Apud Naenium. Neminem vidi, qui
numero sciret, qui que scit, id est opus, id
est nimium sciret. An panurgus Antonius
haec ait numero nimium cito? celeriter
nimum. vt Plautus in Casina. Ere mi? quid

id est, accensi. * & in Iphigenia : Acheron-
tem obibo, ubi mortis thesauri obiacent. e-
iusdem autem generis esse ait obferre, obcu-
lit, obcurris, oblatius, obiectus; mihi non satis
persuadet.

PAVL. Ob os significat ad os.

FEST. Ob os ad os significat item vt
superioribus quoque exemplis testatus
est.

PAVL. Obacerare, obloqui, atque alterius sermonē
molestē impedire. quod sumptum videtur
a paleis, quas Graeci ἀγροα vocant. Itaque
& frumentum, & panis non sine paleis,
acerosus dicitur. item lutum aceratum paleis
mixtum.

Obacerbat, exacerbat.

Obambulare, aduersum alios ambulare, &
quasi ambulanti sese opponere.

Obdere, opponere, vel opperire.

Obedire, obaudire.

Obescet, oberit, vel aderit.

Obesus, pinguis, quasi ob edendum factus.

Obherbescere, herbam iacrescere.

Obiacuisse, antea iacuisse.

Obices, pestuli, serae.

Obigitas, anteagitat, vt obambulat.

FEST. Obigitas antiqui dicebant, pro ante agitat, vt
obambulare.

PAVL. Obinunt, obeunt.

Obitu dicebant pro aditu.

Obinire, iureiurando obstringere.

FEST. Obinire, iureiurando obstringere, vt est in
Pantafilea, formidabant obinire.

PAVLVS. Obiurgatio post turpe factum castigatio. Mo-
nitio vero est ante commissum.

Obliuiscere, alij ab obliuione, alij a littore :
quod ibi notata fluctibus aequari, & tolli
solent.

Obliuiscere dicebant antiqui mente errasse,
quasi in luco deorum alicui occurrisse.

Obmanens pro diu manens, vt permanens.

FEST. Obmoueto pro admoueto dicebatur apud an-
tiquos, vt alia quae supra relata sunt.

Obnectere, obligare, maxime in nuptiis fre-
quens est.

PAVL. Obnectere, oblegare.

Obnoxius, poenae obligatus ob delictum.

Obnubis, caput operit. vnde & nuptiae dictae
a capitis operitione.

FEST. Oboritur, adnascitur.

Oboritur, adnascitur. nam praepositionem ob,
pro ad solitam poni, testis hic versus: Tan-
tum gaudium oboriri ex tumultu maxi-
mo. & Ennius: ob Romam noctu legio-
nes ducere cepit.

PAVL. Obprobare, probum obiicere.

Obpuniat, verberat, a pueniendo, id est, ferien-
do. vnde pueri quod puniendo coercentur,
id est, plagis. vnde & puenimenta.

Obrogare est legis prioris infirmandae causa

10

legem aliam ferre.
Obrutus, obstupuit, a bruto, quod antiqui
pro graui interdum pro stupido dixerunt.
Afranius : Non possum verbum facere
obrutui.

Obsalutare, salutandi gratia offerre.

Obsalutare, offerre salutandi gratia dicebant
antiqui, vt consalutare, per salutare.

Obscrare est opem a sacris petere.

Obsequela, obsequium.

Obseruasse dicitur, qui obseruat, quid, cuiusq;
causa facere debeat. itaque is obseruat, co-
luisse aliquem dicitur.

Obsidionalis corona est, quae datur imperato-
ri ei, qui obsidione liberauit ab hostibus
obsessos. ea fit ex gramine viridi fere ex
eo loco decerpto, in quo erant inclusi. her-
bam autem victoriae signum fuisse apud
antiquos, aliisque exemplis docuimus.

quae corona magnae auctoritatis fuit.
Nam & P. Decio datae duae sunt : vna ab
exercitu vniuerso, altera ab iis, qui fuerunt
in praesidio obsessi. & L. Sicinio Dentato,
qui Achilles Romae existimatus est, ac
fertur centies, & vicies pro Rep. depu-
gnasse. Coronis donatus viginti sex, in iis
aureis octo, ciuicis quattuordecim, mura-
libus tribus, obsidionali vna. Inter obsidio-
nalem, & ciuicam hoc interest, quod altera
singularis signum salutis est, altera diuer-
sorum ciuium seruatorum.

Obsidionalis corona dicebatur, quae ei, qui ob-
sessos liberaffet ab hostibus, dabatur. ea
fiebat ex gramine viridi ex eo loco de-
cerpto, in quo erant inclusi. quae corona
magnae auctoritatis erat. Ciuica corona
singularis salutis signum erat ; obsidiona-
lis vniuersorum ciuium seruatorum.

Obsidionem potius dicendum esse, quam ob-
sidium, adiuuat nos testimonio suo En-
nius in Telamone, cum ait: Scibas natum
ingenuum Aiacem, cui tu obsidionem pa-
ras. Item alio loco: Hector quid haud ces-
sat obsidionem obducere?

Obsidium, tamquam praesidium, subsidium,
recte dicitur. Cuius etiam auctor C. Lac-
lius pro se apud populum. vt in nobis ter-
ra, marique simul obsidium faceret. &
Sallustius historiarum primo: Magnis o-
pibus profectis obsidium cepit per L. Ca-
tilinam legatum.

Obsonitauere laepe obsonauere. Cato in sua-
sione (de lege Orchia derogaretur. qui an-
tea obsonitauere, postea centenis obsoni-
tauere. significat autem conuiuari.

Obsonitauere, laepe obsonauere. significat au-
tem conuiuari.

Obstinat, obfirmat.

Obstinato, obfirmato, perseveranti, vt tenere
possit. Pacuuius: obstinati exorsus. vt Attius

FEST.

PAVL.

FEST.

PAVL.

FEST.

PAVL.

FEST.

60

nostris, & tracta ex Græco, id est *oculus*, cuius prima significatio, ex qua procedere in comparationem debet, apud nos non est. tertia vero collationis, cuius maiora exempla sunt, auctor est Plautus in *Nerulonia*:
 Ocissime nos liberi possimus fier.

- . quicquam occisa
- . lius historiarum
- . tantur ocissim
- . lamia apud
- . laniam opor

Ocrem antiqui, ut *Ateius Philologus* in libro *Glossæmatorum* refert, montem cōfragosum vocabant, ut apud *Liuiū*: Sed qui sunt hi, qui ascendunt altum ocrem? Et, celsosque ocris, aruaque patria, & mare magnū. Namque *Taenari celsos ocris*. Et, haud ut quem *Chiro* in *Pelio* docuit ocri. vnde fortasse etiam *ocreas* sint dictæ inaequaliter tubercatae.

PAVLVS. *Ocrem* montem cōfragosum dicebant antiqui. hinc *ocreas* dictæ inaequaliter tubercatae.

FESTVS. *Octaviae* porticus duae appellantur, quarum alteram theatro *Marcelli* propiorē *Octavia* soror *Augusti* fecit. alteram theatro *Pompei* proximam *C.N. Octavius C.N. filius*, qui fuit *Aedilis Curulis*, *Prætor*, *Cōsul*, *Decemuir sacris faciendis*, triumphauitque de rege *Perse* nauali triumpho, quā combustam reficiendam curauit *Caesar Augustus*.

October equus appellatur, qui in campo *Martio* mense *Octobri* immolatur quotannis *Marti*, bigarum victricum dexterior; de cuius capite non leuis contentio solebat esse inter *Suburanenses*, & *Sacrauienses*, ut hi in regiae pariete, illi ad turrim *Mamiliam* id figerent; eiusdemque cauda tanta celeritate perfertur in regiam, ut ex ea sanguis destillet in focum, participandae rei diuinæ gratia, quem hostiae loco quidam *Marti* bellico deo sacrari dicunt, nō ut vulgus putat, quia velut supplicium de eo sumatur, quod *Romani* *Ilio* sunt oriundi, & *Troiani* ita effigie in equi sint capti. Multis autem gentibus equum hostiarum numero haberi, testimonio sunt *Lacedaemonij*, qui in monte *Taygeto* equum ventis immolant, ibidemque adolent, ut eorum flatu cinis eius per finis quam latissime deferatur, & *Sallentini*, apud quos *Menzanae* loti dicatus viuis conicitur in ignē, & *Rhodij*, qui quotannis quadrigas soli consecratas in mare iaciunt, quod is tali curriculo fertur circumuehi mundum.

PAVLVS. *October* equus appellabatur, qui in campo *Martio* mense *Octobri* *Marti* immolabatur. de cuius capite maxima erat contentio inter *Suburanos*, & *Sacrauienses*, ut hi

in regiae pariete, illi ad turrim *Mamiliam* id figerent. Cuius cauda, ut ex ea sanguis in focum distillaret, magna celeritate perferebatur in regiam.

Oculatum pro praesenti posuit *Plautus* cum dixit: *oculata* die. Item ipse: pluris est *oculatus* testis vnus, quā auriti *Decem*, id est qui se vidisse dicat.

- . . . dolo osculatum pro praec FESTVS.
- . . . odiae caeca hercule
- . . . tem alibi oculatum ar
- . . . idem pluris est ocul
- . . . id est qui se vidisse di
- . . . formam ab oculi ap

Oculissimum, carissimum. *Plautus*: *Oculissimū* ostium amicae.

- . . . imum ostium amicae FESTVS.
- . . . me dixit signifi PAVLVS.

Oculitus quoque dicitur, ut *funditus*, *penitus*: quo significatur tam carum esse, quam oculum.

- . . . unditus, penitus signifi FESTVS.
- . . . alium vel instare

Odefacit dicebāt, pro *olfacit*, quae vox a *Græca* *ὄσμη* tracta est.

- . . . antiqui ab odore FESTVS.
- . . . consuetudine in

ut saepe alias, tū in hoc quoque libro contentae, quae vox, ut quibusdam videtur, ex *Græca* *ὄσμη* tracta est.

30 *Oenigenas*, vino genitos. PAVLVS.

Oestrum, furor *Græco* vocabulo.

Offectores, colorum infectores.

Offendices dicebant ligaturae nodos, quibus apex retinebatur, id cū peruenisset ad mentum, dicebant *offendimentum*.

Offendices ait esse *Titius* nodos, quibus apex retineatur, & remittatur. at *Veranius Choriola* existimat, quae sint in loris apicis, quibus apex retineatur, & remittatur, quae ab offendendo dicuntur. nam cum ad mentum peruentum est, offendit mentum.

Offermenta dicebant, quae offerebant. PAVLVS.

Officiosus ab efficiendo dictus.

Offringi terra dicitur, cum iterum transuerso sulco aratur.

Offucare, aquam in fauces ad sorbendum dare.

Offudas fallacias.

50 *Ogygia* moenia *Thebana* ab *Ogyro* conditore dicta.

Ogygia moenia *Attius* in *Diomede* appellas, significat *Thebas*, quia eam urbem *Ogygus* condidisse traditur.

Oleagineis coronis ministri triumphantium utebantur, quod *Minerua* dea belli esse putabatur.

Olentica mali odoris loca.

Oletum, sterces humanum. *Veranius*: *Sacerdō* tula in sacratio *Martiali* fecit oletum.

60

FESTVS. *Oliuetā* dicebant ab oleis, vt a vino vindemia. *Oliuetam* anti qui dicebant, cum olea colligebatur, vt messem, cum frumēta; vindemia, cum vnas, quod vocabulum potius frequē tari debebat, quam nullam eius significationis causam haberemus, quamuis quidā oliuitatem eam dicant.

PAVLVS. *Ollie*, illic: vt olli, illi.

FESTVS. *Oluuatiū* Antistius Labeo ait esse mensurae genus.

PAVLVS. *Omen* velut oremē quod sit ore, augurium, quod aibus alloue modo sit.

FESTVS. *Ommētans*. . . in Odyssēa cū ait; in Pylum aduenies, aut ibi ommētans, significat obmanens. Sed ea significatione quae saepe fieri dicitur, id enim est mantare.

PAVLVS. *Opaca* vocantur vmbrosa.

FESTVS. *Opaca*, vmbrosa.

Opalia dicebantur dies festi, quibus Opi supplicabant.

Opalia dies festi, quibus supplicatur Opi, appellantur; quorum alter

Operiat, saepe operit.

PAVLVS. *Opigenam* Iunonem matronae colebāt, quod ferre eam opem in partu laborātibus credebant.

Opilio, genus auis.

FESTVS. *Opima* spolia dicuntur originem quidem trahentia ab Ope Saturni vxore, quod ipse agrorum cultor habetur, nominatus a satu tenensque falcem effingitur, quae est insigne agricolae. Itaque illa quoq; cognominatur *Consua*, & esse existimatur terra. Ideoque in regia colitur a populo Romano, quia omnes opes humano generi terra tribuat. Ergo & *opulenti* dicuntur, terrestribus rebus copiosi: & *hostiae opimae* praecipue pingues; & opima magna, & ampla. vnde spolia quoque, quae dux populi Romani duci hostium detraxit, opima dicuntur, quorum tanta raritas est, vt intra annos paulo

triaa contigerint nomini Romano. vna, quae Romul^o de Acronē altera, quae Cornelius de Tolumnio: tertia, quae M. Marcellus Ioui Feretrio de Viridomaro fixerunt. M. Varro ait opima spolia etiā esse, si manipularis miles detraxerit dummodo duci hostium

non sit. Ad aedem Iouis Feretrij poni, testimonio esse libros pontificum, in quibus sit pro primis spoliis bouem, pro secundis solitaurilibus, pro tertijs agno publice sacra fieri debere, esse etiam compelli reges legem opimorum spoliolorum talem: *Cuius auspicio classe praecincta opima spolia capiuntur, Ioui Feretrio dari oportet, & bouem caecato, qui cepit aeriis ducenta, secunda spolia in maris aram in campo, solitaurilibus, vtra voluerit: tertia spolia Iano Quirino agnum*

60

inarem caecato centum qui cepit ex aere dato huic aedis, ex nulla extat, neque templum habeat, neque scitur. Vt qui opima lege fuerint, ad huius solet, cum quidam magistratus creatur.

Opiparum, magnarum opum apparatus.

Ops dicta est coniuu Saturni, per quam voluerunt terram significare; quia omnes opes humano generi terra tribuit. Vnde & opulenti terrestribus rebus copiosi, & hostiae opimae praecipue pingues; & opima, magna & ampla spolia.

Opiter est, cuius pater auo viuo mortuus est, ducto vocabulo, aut quod obitu patris genitus sit: aut quod auum ob patre habeat, id est pro patre.

Opitulus Iuppiter, & *opitulator* dictus est, quasi opis lator.

Oportune dicitur ab eo, quod nauigantibus maxime viles, optatique sunt portus.

Opperiri, expectare.

Oppido, valde multum. ortum est autem hoc verbum ex sermone inter se confabulantium, quantum quisque frugum faceret, vtque multitudo significaretur, saepe respondebatur, quantum vel oppido satis esset hinc in consuetudinem venit, vt diceretur oppido, pro valde multum. Itaque si qui in alijs rebus eo vtuntur, vt puta si qui dicant oppido didici, spectavi, ambulavi, erranti; quia nulli eorum subiici potest, vel quod satis est.

Oppidorum originem optime refert Cicero libro primo de gloria, eamque appellationem vsurpatione appellatā esse existimat, quod opem darent, adiuuans, vt imiteretur ineptias Stoicorum.

Oppidum dictum est, quod opem praebet. *Oppidum* dictum, quod ibi homines opes suas conferunt oppidum dicitur & locus in circo, vnde quadrigae emittuntur.

Ops antiqui dicebant opulentum, vnde eōtrario *inops*.

Ops antiqui dicebant quem nunc opulentum dicimus, vt testimonio est, non solum ei contrarius *inops* concedit, ego egens exortus sum.

Opitiam hostiam, alij optimam appellant eā, quam Aedilis trib. constitutis hostijs optat, quam immolari velit.

Opima lex in Magistro populi faciēdo, qui vulgo Dictator appellatur, quam plenissimum posset ius esse, significabatur, vt fuit Manij Valerij, M. Fabij, Volusinae gentis, qui primus Magister a populo creatus est, propter quam vero porouocatio ab eo magistratu ad populum data est, quae ante non erat, delitum est dici, vt opima lege, vt pote imminuto iure priorum magistratum.

PAVLVS.

FESTVS.

Optio

Optio, qui nunc dicitur, antea appellabatur accensus. Is adiutor dabatur centurioni a Tribuno militum, qui ex eo tempore, que velint, centurionibus permissum est optare, & nomen ex facto sortitus est. Plautus in *Afinaria*: qua me, qua uxorem, qua tu Sauream seruum potes, circumduce, aufer, promitto tibi, non obfuturum, si id effeceris, tibi optionem sumito Leonidam.

PAVL. *Optio* est optatio, sed in re militari optio appellatur is, quem decurio, aut centurio, optat sibi rerum priuatarum ministrum, quo facilius obcat publica officia.

Optionatus vt *Decurionatus*, siue Pontificatus dicitur.

FEST. *Optionatus*, vt *Pontificatus*, *Decurionatus* dicitur, vt Cato in ea, qua habuit apud equites maiores seorsum, atque diuersum parauere bonis, atque strenuis, *decurionatus*, *optionatus*, hastas donaticas, alioque honores.

PAVL. *Opunculo*, quod opilionis genus cantus imitatur.

FEST. *Orae* extremas partes terrarum, id est maritimae dicuntur. vnde & vestimentorum extremas partes, quae quidem & dici possunt. *Caecilius* in *Aschione* vsus est pro initio rei, cum ait: *Oram* reperire nullam, quam expediam, queo.

PAVL. *Orare* antiqui dixerunt pro agere. vnde & oratores caesarum actores, & oratores, qui nunc legati. quod recip. mandata peragerent.

FEST. *Orare* antiquos dixisse pro agere testimonio sunt, quod & oratores, & ij, qui nunc quidem legati. tunc vero oratores, quod Reip. mandatas partes agebant. *Ennius* quoque cum dixit libro primo annalium. face, vero, quod te cum precibus pater orat.

Orata genus piscis appellatur a colore auri, quod rustici orum dicebant, vt auriculas, *oriculas*. itaque *Sergium* quoque quendam praediuitem, quod & duobus anulis aureis, & grandibus vteretur. *Oratam* dicunt esse appellatum.

PAVL. *Orata* genus piscis a colore auri dicta, quod rustici orum dicebant, vt auriculas, oriculas.

Oratores ex Graeco *ἀγορευταί* dicti, quod missi ad reges, nationesque deos solerent *ἀγορεύειν*, id est testari. hi modo appellantur legati.

FEST. . . es dictos ex . . . gentes qui missi . . . strum populo Ro.

acte. eos nostri alij pro legatis appellant, vt Cato in ea, quam scripsit de suis virtutibus contra *Thermum*: *M. Fulvio Cōsuli* legatus sum in *Aetoliam*, pro-

pterea quod ex *Aetolia* complures venerant *Aetolos* pacem velle: de ea re oratores Romam profectos, & in *Originum* libro primo: *Propter* id bellum coepit *Caelius P. Albanus*, oratores misit Romam, eum . . . pro decretoribus, vt *Terentius*: orator venio, facite exorator sim. Item & *Afranius* in *Emancipato*, si . . . tum si quid oritur . . . as . . . fertis & loci veteribus. ab eo quod antiqui orare dicebant pro agere. ob quam causam . . . quoque eorum vocantur.

Orba significat apud poetas priuatam aliquam personam cara.

Orba est, quae patrem, aut matrem, aut filios, quasi lumen amisit.

. . . rba apud poe . . . persona chara. apud . . . mat, vt sca . . . ncos. orba est . . . tris est ante . . . vltus *Aelius* . . . in eo libro . . . pontificatu . . . ella sine . . . sacrae . . . nupta . . . fuisse . . . nificius in . . . onygiarum . . . inter se . . . runt . . . ros . . . isse

Orea genus marinae belluae maximum ad cuius similitudinem vasa ficaria *oreae* dicuntur. sunt enim teretes, atque vniiformi specie.

. . . nomen duceret . . . maximum . . . vasa quoque in f. . . retes, atque u . . . malae & antae.

Orchestra locus in scaena. . . antea, qui nunc pla . . . non admittebantur . . . rim dum fabulae ex . . . explicari non potera . . . tabant quo equiori

Orchitis genus oleae ex Graeco dictum, quod magnitudine sit instar testiculorum.

. . . Philologus in . . . ductum ex Graeco . . . tudinis, itaque u . . . to grandior ore .

Orcus ab virgendo mortem dictus. C enim pro G frequenter ponebant antiqui.

Orcum, quem dicimus, ait *Verrius* ab anti- quis dictum *Vragum*, quod & V litterae sonum pro O efferebant, & per e litterae formam, nihilominus g vsurpabant. sed

PAVLVS. *Oscum* dicitur significare sacrum. unde leges *oscitae*, id est, sacratae. *Opicum* quoque inuenimus pro *osco*. *Oscis* enim frequentissimus fuit. vsus libidinum spurcarum. unde & verba impudentia appellantur *obscena*. Titinius: *Osce*, & *Volsee* fabulantur, nam Latine nesciunt.

FESTVS. *Oscum* duas diuersas, & contrarias significationes habet. Nam Cloatius putat eo vocabulo significari sacrum, quo etiam leges sacratae *oscae* dicuntur. & in omnibus fere antiquis commentariis scribitur *opicum* pro *osco*, ut in Titinij fabula Quinta: Qui *Osce*, & *Volsee* fabulantur, nam Latine nesciunt. a quo etiam verba impudentia, & elata appellantur *obscena*, quia frequentissimus fuit vsus *Oscis* libidinum spurcarum. Sed eodem etiam nomine appellatur locus in agro Meienti, quo frui soliti produntur augures Romani. *Oscos*, quos dicimus, ait Verrius, *Opscos* antea dictos teste Ennio, cum dicat: De muris res gerit *Opscus*. Adicit etiam, quod supra inconcessae libidinis *obscena* dicantur ab eius gentis consuetudine inducta. Quod verum esse non satis adducor, cum apud antiquos omnes fere *obscena* dicta sint, quae mali ominis habebantur: ut illa Vergilij testimonio sint, ut superiorum auctorum exempla referre non sit necesse, cum ait Harpias, *obscenas* volucres: &, *obscenamque* famem.

Osculana pugna in proverbio; quo significabatur, victos vincere. quia in eadem & Valerius Laeuinus imperator Romanus a Pyrrho erat victus, & breui eundem regem denecerat. Sulpicius.

Item imperator noster. eius meminit Titinius hoc modo: haec quidem quasi *osculana pugna* est. *Osculus*, quia hinc fugere impulsis spolia colligunt. significat etiam *osculum*, iuanium. ut Plautus in Neruolaria: *osculum*. sat est *osculi* mihi. qui, ambo mi pater: quod inter cognatos propinquosque institutum ab antiquis est, maximeque feminas.

Osi sunt, ab odio declinasse antiquos testis est C. Gracchus in ea, quae est de lege Minucia, cum ait: Mirum siquid iis iniuriae sit: semper eos *osi* sunt. quod nunc quoque cum praepositione elatum frequens est, cum dicimus, *perosi*.

PAVLVS. *Osi* sunt, ut *perosi* sunt, dicebatur.

Osorem dixerunt, qui aliquem odisset.

Ostentus, saepe ostendis gloriandi causa.

FESTVS. *Ostentus*, saepe ostendis gloriandi causa. sed & participialiter id etiam dici debet, & dictum est feminino genere.

PAVLVS. *Ostentum*, ostentatum.

FESTVS. *Ostentum* non solum pro portento poni so-

lere, sed etiam participialiter. testimonio est Pacuius in Medo atque eecum in ipso tempore ostentum senem. & Attius in Bacchis: praefens praesto irridetis nobis.

stipe vltro ostentum obtulit. Ostentum quo nunc vitimur interdum prodigij vice, quin participialiter quoque dici solitum sit, non dubium, facit etiam C. Gracchus de legibus a se promulgatis, cum ait: quod vnum nobis in ostentum, ipsis in vsum asportatur.

Ostiam urbem ad exitum Tiberis in mare fluentis Ancus Marcius rex condidisse, & feminino appellasse vocabulo fertur. quod siue ad urbem, siue ad colonia, quae postea condita est, refertur.

Ostia vrbs ab exitu Tiberis appellata.

PAVLVS.

Oualis corona est myrtea, quam habebant, qui ouantes introibant, cum bella non erant indicta, aut sine sanguine confecta.

Ouantes, laetantes, ab eo clamore, quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites geminata O littera.

Ouem masculino genere dixerunt, ut ouibus duobus, non duabus.

Oufentina tribus ab Oufente fluuio dicta.

FESTVS.

Oufentinae tribus initio causa fuit nomen fluminis Oufens, quod est in agro Priuernate inter mare, & Terracinam. Lucretius: Priuerno Oufente venit, fluuioque oufente. postea deinde a Censoribus alij quoque diuersarum ciuitatum eidem tribui sunt adscripti.

Ouibus duabus multabantur apud antiquos in minoribus criminibus, in maioribus autem bubus. nec vltra hunc numerum excedebat multatio, quae posteaquam aere signato vti ciuitas coepit, pecoraque multatitia incuria corrumpabantur, unde etiam *peculatus* crimen vsurpari coeptum est, facta est aestimatio pecoralis multae, & boves centenis assibus, oves denis aestimatae. Inde *suprema multa*, id est maxima appellatur tria millia acriis; Item vicefis minoribus delictis.

Oxime, ocissime.

PAVLVS.

PA, pro parte, & po, pro populo positum. **FESTVS.** tum est in saliarum carmine.

Pacem a pactione conditionum putat dictam Sinnius Capito, quae utriusque inter se populo sit obseruanda.

Pax dicta est a pactione.

PAVLVS.

Pacionem antiqui dicebant, quam nunc pactionem dicimus. unde & *pacifici* adhuc, & *paceo* in vsu remanet.

FESTVS.

Paeana Apollinem vocauerunt, quod sagittarum ictu eum nocero putabant. est enim *paen* ferire. Alij quod remedium morbis

PAVLVS.

finem faceret talis grauitatis.
Paedidos fordidos significat, atque obsoletos. tractum vocabulum a Græco; quia *paĩ* id est, pueri, talis sint ætatis, vt a for-
 dibus nesciant abstinere.

Pagani a pagis dicti.
Pagi dicti a fontibus: quod eadem aqua vterentur. aquæ enim lingua Dorica *paĩ* appellantur.

Paginae dictæ, quod in libris suam quæque obtineat regionem, vt *pagi*. vel a pangendo, quod in illis versus pangantur, id est, figuntur.

Palatium mons Romæ appellatus est, quod ibi pascens pecus balare consuenerit: vel palare, id est, errare, ibi pecudes solerent. alij quod ibi Hyperborci filia Palanto habitauerit, quæ ex Hercule Latinum peperit. alij eundem, quod Pallas ibi sepultus sit, existimant appellari.

Palatialis Flamen ad sacrificandum ei deæ constitutus erat, in cuius tutela Palatium esse putabant.

FESTVS. *Palatialis* Flamen constitutus est, quod in tutela eius deæ Palatium est.

PAVLVS. *Pales* dicebatur dea pastorum, cuius festa *parilia* dicebantur. vel, vt alij volunt, dicta *parilia*, quoniam pro partu pecoris eidem sacra fiebant.

Pallas Minerua est dicta, quod Pallantem gigantem interfecerit; vel, sicut putabant, quod in Pallante palude nata est.

Palmites vitium sarmenta appellantur, quod in modum palmarum humanarum virgulas, quasi digitos edunt.

Palmylae appellantur remi a similitudine manus humanæ.

Palpari, blandiri.

Paludati, armati, ornati. omnia enim militaria ornamenta *paludamenta* dicebant.

FESTVS. *Paludati* in libris auguralibus significat, vt ait Veranius, armati, ornati. omnia enim militaria ornamenta *paludamenta* dici.

Pancarpia dicuntur coronæ ex vario genere florum factæ.

PAVLVS. *Pandana* porta dicta est Romæ, quod semper pateret.

Pandiculari dicuntur, qui toto corpore offeiscitantes extenduntur: eo quod *pandi* suat.

Pandicularis dicebatur dies, idem & communicarius, in quo omnibus diis communiter sacrificabatur.

FESTVS. *Pangere*, figere, vnde *plantæ pangi* dicuntur, cum in terram demittuntur. inde etiam *versus pangi*, vel *figi* in cæca dicuntur.

Pangere significat figere. vnde *plantæ pangi* dicuntur, cum in terram demittuntur.

FESTVS. *Panibus* redimabant caput equi immolati I-

dibus Octobribus in campo Martio, quia sacrificium fiebat ob frugum euentum. & equus potius, quam bos immolabatur: quod hic bos frugibus pariendis est aptus.

Pantices frus ventris.

frus ventris

mi ag

Panus facit deminutiuum panicula.

Papillæ capitula mammarum dictæ, quod *papularum* sunt similes.

Papiria tribus a Papirio vocata.

diria

coniu

quod ind

tur bellum

tos ex er

discessera

signum con

rem in ipforum ar

testate, ac pote

exercitus suffrag

Pappi carduorum flores. Lucretius: Vestem, PAVLVS

nec plumas auium, paposque volantis.

o quoque

rum ex

sulibus ac

tq. ex ea

s magistra

intra dies

icias inter se pa

uit cuius aliter inter

lege primum factus

circo sunt creati

Pararium aes appellabatur id, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur.

Parasangæ apud Persas viarum mensuræ.

Parens vulgo pater, aut mater appellatur. sed iuris prudentes auos, & proauos, auias & proauias parentum nomine appellari dicunt.

Parere, obedire.

Paribus equis, id est duobus, Romani utebantur in prælio, vt sudante altero transfrent in sicum.

Parci quæstores appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quaerendarum. Nam *paricida* nō vtique is, qui parentem occidisset, dicebatur, sed qualemcumque hominem. Id autem fuisse indicat lex Numæ Pompilij Regis his composita verbis: *Si quis hominem liberum dolo sciens morti duit, paricida esto.*

Parilibus Romulus urbem condidit, quem diem festum præcipue habebat iuniores.

urbem condidit Rom.

habebant iunio.

Parulis pugnare milites soliti sunt. quarū vsum sustulit C. Marius datus in vicem earum Brutianis.

habebant iunio.

Parulis pugnare milites soliti sunt. quarū vsum sustulit C. Marius datus in vicem earum Brutianis.

rum Brutianis.

PAVLVS *Parones* nauium genus, ad cuius similitudinē
myoparo vocatur.

Parret significat apparebit.

FESTVS. *Parret*, quod est in formulis, debuit & pro-
ducta priore syllaba pronuntiarī, & non
gemino R scribi, vt fieret *paret*, quod est
inueniatur. vt comparet, apparet.

Parfi non *peperci*, ait Cato in eadem oratio-
ne. Scio fortunas secundas negligentiam
prenderē solere: quod vti prohibitum
item, quod in me esset, meo labori non
parfi.

PAVLVS *Parfi* (idem) Cato dixit pro *peperci*.

FESTVS. *Partus* & pro nascendo ponitur, & pro para-
to. Nacuius; Male parta male dilabun-
tur.

PAVLVS. *Parum canisse* videri pronuntiat magistratus,
cum de consilij sententia capitis quē con-
demnatus est.

Parumper significat paulisper, quasi *perparū*,
hoc est valde parū. refertur autē ad tēpus.

FESTVS. *Pascuales oues* Cato posuit pro *pascuales*.

...cienter Cato dixit in ea
...calis otis vetuit
...appellat in ea ora.
...cio Tarenti plus.c.
...uam ignaro Terentino

PAVLVS. *Pasito linguam* in sacrificiis dicebatur, id est
coerceto, contineto, taceto.

Pasiales & oues, & gallinae appellātur, quod
passim pascuntur.

FESTVS. *Passer marinus*, quem vocat vulgus struto-
mellum.

PAVLVS. *Pastillum* est in sacris libi genus rotundi.

Pastillus forma panis parui, vt que: deminti-
tium est a pane.

Patagium est, quod ad summam tunicam af-
su solet, quae & *patagiata* dicitur, & *pata-
giarij*, qui eiusmodi opera faciunt.

Patagus morbi genus.

Patulem bouem Plautus appellat. cuius cornua
diuersa sunt, ac late pateant.

FESTVS. *Patellae*, vasa picata parua sacrificiis. facien-
dis apta.

... item sacris fa
...velut capidul

PAVLVS. *Pateram* perplouere in sacris cum dicitur, si-
gnificat pertusam esse.

FESTVS. *Pateram* perplouere cum dicerent, significabāt
pertusam esse.

Pater patrimus dicebatur apud antiquos, qui
cum iam ipse pater esset, habebat etiam tū
patrem.

Patr

... sit manifestum, quia,
...numerari inter do

PAVLVS. *Patres* senatores ideo appellati sunt, quia a-
grorum partes attribuebant tenuioribus,
ac liberis propriis.

lantur ex quibus Senatus . . . FESTVS.

conditae Romulus C . . .

quorum consilio, atq. . .

ministraretur, atq. . .

agrorum partes at . . .

perinde ac liberis . . .

solebant iam inde a Ro . . .

argenti signati vl . . .

publicae, & priuatae . . .

nt.

Patrum comu

Patricios, Cincius ait in libro de Comitibus, PAVLVS.

eos appellari solitos, qui nunc ingenui
vocentur.

Patricius vicus Romae dictus, eo quod ibi
patricij habitauerunt iubente Seruio Tul-
lio, vt siquid molirentur aduersus ipsum,
ex locis superioribus opprimeren-
tur.

Patrimi, & matrimi pueri tres adhibebantur FESTVS.

in nuptiis: vnus, qui facē praefert ex spi-
na alba, quia noctu nubebant; duo: qui nu-
bentem tenebant.

Patrimi, & matrimi pueri praetextati tres nu-
bentem deducunt; vnus qui facē praefert
ex spina alba, quia noctu nubebant; duo,
qui tenent nubentem.

Patrocinia appellari coepta sunt, cum plebs
distributa est inter patres, vt eorum opib.
tuta esset.

Pauciens dicebant pro raro. Titinius: Vxorē
pauciens videbo.

Paueri frumenta dicebant antiqui, quae de
vagina non bene exibant.

Pauimenta Poenica marmore Numidico con-
strata significat Cato, cum ait in ea, quam
habuit; nequis consul bis fieret: Dicere
possum quibus villae, atque aedes aedifi-
catae, atque expolitae maximo opere, ei-
tro, atque chore, atque pauimentis Poeni-
cis stent.

Pauimenta Poenica, hoc est marmore Numi-
dico strata.

Pauperies damnium dicitur, quod quadrupes
facit.

Pellennatum tectum dicitur a similitudine pe-
lennis in duas partes deuexum, vt *testudina-
tum* in quattuor.

Pelluscam palati dicta est ea regio vrbis, quā
Romulus obuersam posuit, ea parte, in
qua plurimum erat agri Romani ad ma-
re versus, & quia mollissime adibatur vrbis
cum Etruscorum agrum a Romano Ti-
beris discluderet, ceterae vicinae ciuitates
colles aliquos haberent oppositos.

Peculatus est nunc quidem, qualescūque pu-
blicum furtum, sed inductum est a peco-
re, vt pecunia quoque ipsa. Itā etiam noxij
m. ij

Pelliculationem Cato a pelliciendo dixit.

FESTVS. *Pelliculatio*
ndo, quod inducen
quam scripsit de

PAYLVS. *Pellicum* galerum, quia fiebat ex pelle.
Pelluniae, quibus pedes lauantur, vt mallu-
viae, quibus manus.

Pelta, genus scuti.

Penates alij volunt, vt habeat nominatiuum
singularem *penas*. alij *penatis*.

FESTVS. *Penatis* singulariter Labeo Antistius posse
dici putat, quia pluraliter *penates* dican-
tur, cum patiatur proportio etiam *penas*
dici, vt *optimas, primas, Antias*.

Penatores qui penus gestant. Cato aduersus
M. Acilium quarta: Postquam nauas ex
nauibus eduxi, non ex militibus, atque
nautis piscatores *penatores* sic sedarum
dedi.

PAYLVS. *Pendere poenas*, soluere significat, ab eo quod
aere graui cum vterentur Romani, penso
eo, non numerato, debitum soluebant. vnde
de etiam *pensiones* dictae. *Poenas pendere*
proprie dicitur, qui ob delictum pecu-
niam soluit, quia penso aere vtebantur.

FESTVS.
oe
ob
ntur

Penem antiqui codam vocabant. a qua an-
tiquitate etiamnum *ossa porcina* cum cau-
da in cenis puris *ossa penita* vocatur. & *peni-
culi*, quibus calciamenta tergentur, quod
e codis extremis faciebant antiqui, qui
tergerent ea. dictum est forsitan a penden-
do. Naeuius in Tunicularia. Theodorum
compellas, qui aras compitalibus Sedens
in caella circumrectuas tegetibus. Lares
ludentes *peni* pinxit *bubulo*. significat *peni-
culo* grandi, id est, coda.

PAYLVS. *Penem* caudam vocabant. vnde & *offam por-*
cinam cum cauda. *offam penitam* dicebant.
hinc & *peniculos* dicimus, quibus calcia-
menta tergentur, qui de caudarum extre-
mitate fiunt. *Penis* denique a pendendo
vocata est.

FESTVS. *Penetrale* sacrificium dicitur, quod interiore
parte sacrarij conficitur. vnde & *penetralia*
cuiusque dicuntur, & *penes nos*, quod in po-
testate nostra est.

PAYLVS. *Penetralia* sunt *penatium* deorum sacraria, 50
Penetrare, penitus intrare.

Peniculi spongiae longae propter similitudi-
nem caudarum appellatae. *Penes* enim vo-
cabantur caudae.

FESTVS. *Penitam offam* Naeuius appellat ablegmen-
tarnis cum coda. antiqui autem *offam* vo-
cabant abscissum globi forma, vt manu
glomeratam pulcem.

Penus antiquos ferunt ex Graeco, quod illi
πενυα ea, quae sunt. volucra dicant. Item 60

eandem *penus*, & *coenas*.

Penus, impennataeque agnas, in saluari car-
mine; spicas significat cum aristas; & alias
sine aristas agnas nouas volunt intelligi. PAVLVS.

Penora dicitur res necessariae ad victum co-
tidianum. & locus eorum *penarius*.

Pentathlon antiqui quinquartium dixerunt.
id autem genus exercitationis ex his quin-
que artibus constat, iactu disci, cursu, sal-
tu, iaculatione, luctatione.

Penuria est id, quod paene minus sit, quam
necesse est.

Penus vocabatur locus in aede Vestae inti-
mus.

. oatur locus intimus in aede Vestae FESTVS.
segetibus. Saepius qui certis diebus
circa Vestalia aperitur. ij dies religiosi ha-
bentur.

Perbitere Plautus pro perire posuit.

Percunctatio pro interrogatione dicta vide-
tur ex nautico vsu, quia conto percontant,
cognoscuntque nauigantes aquae altitudi-
nem. ob quam causam ait Verrius etiam
secundam syllabam per O solere scribi.
mih i id falsum videtur. nam est illa per-
cunctatio, quod is, qui curiose quid inter-
rogat, per cuncta visit, vt recte per V lit-
teram scribatur. PAVLVS. FESTVS.

Percontatio videtur dicta ex vsu nautico, quia
aquae altitudinem conto portentant. Alij PAVLVS.
volunt *percunctationem* dici, quod scilicet
is, qui curiosus est, per cuncta inter-
rogat.

Percunctatum patris familiae nomen nequis
seruum mitteret, lege sanctum fuisse ait
Cato in ea, qua legem Orchia dissuadet.

Perditum est, quod interit, ac recuperari non
potest. PAVLVS.

Perediam, & *bibesiam* Plautus cum dixit, in-
telligi voluit cupiditate edendi, & bibendi.

Perediam, & *bibesiam* Plautus finxit sua con-
suetudine, cum intelligi voluit cupiditate
edendi, & bibendi. FESTVS.

Peregere dicebant expergefacere.

Peregrina sacra sunt dicta, quae ab aliis vrbi-
bus religionis gratia sunt aduecta. PAVLVS.

Peregrina sacra appellantur, quae aut euoca-
tis diis in oppugnandis vrribus Romam
sunt conlata, aut quae ob quasdam reli-
giones per pacem sunt petita, vt ex Phry-
gia Matris Magnae, ex Graecia Cereris,
Epidauro Aesculapij, quae coluntur eo-
rum more, a quibus sunt accepta. FESTVS.

Peregrinus ager est, qui neque Romanus, ne-
que hostilis habetur.

Peremere alij posuere pro prohibere, alij pro
vitiare. PAVLVS.

Peremere Cincius in libro de verbis priscis
ait significare idem, quod prohibere. at Ca-
to in libro qui est de re militari, pro vitia-
m ij

re vsus est, cum ait: cum magistratus nihil audet imperare, nequid Consul auspicij peremat.

est, cum ait: Cum magistratus nihil audet imperare, nequid Consul auspicij peremat

Peremne dicitur auspicari, qui annem, aut a- quam, quae ex sacro oritur, auspicato transit.

Perempta, & interempta pro imperfectis pon- 10 ni solet a poetis. Lucretius: Cum corpus simul, atque animi natura perempta.

Peremptalia fulgura Gracchus ait vocari, quae superiora fulgura, vt portenta, vi sua perimant duobus modis, prioribus tollendis, aut maiore manubia, vt tertia secundae, secunda primae cedat. Nam vt omnia superantur fulgore, sic ictum fulgur manubiis vincit.

PAVLVS. *Perfacul*, & per se facul antiqui dicebant, quod nunc facile, & perfacile dicimus. inde permanfit in consuetudine facultas.

Perfines, perstringas.

FESTVS. *Perfugam*, Gallus Aelius ait, qui liber, aut ser- uus, aut hostis sui voluntate ad hostes traf- icit, qui idem dicitur transfuga. quanquam sint, qui credant perfugam esse, non tam qui alios fugiat, quam qui ob spem commodorum ad quempiam perfugiat.

PAVLVS. *Perfuga*, & *transfuga* dicitur, quod ad hostes perfugiat, & transfugiat.

Pergite, agite. Vergilius: Pergite Pierides.

Pergracari est epulis, & potationibus inferuire. Titinius: Hominem improbum, Nunc ruri pergracatur.

Periculatus sum Cato est vsus in dicendo.

FESTVS. . . . ulatus sum Cato ait in ea oratione, quam scripsit ad litis Censorias.

Perihodos dicitur & in carmine lyrico pars quaedam, & in soluta oratione verbis cir- cum scripta sententia, & in gymniciis cer- taminiibus *perihodon* vicisse dicitur, qui Py thia, Isthmia, Nemea, Olympia victa cir- cumitu eorum spectaculorum.

PAVLVS. *Perimit*, adimit, tollit: vnde & peremptus, in- terfectus.

FESTVS. *P* . . . pellat, a quo etiam . . . lus.

PAVLVS. *Permissus* appellatur aries: qui annis complu- ribus tonsus non est.

FESTVS. *Permutatur*, id proprie dici videtur, quod ex alio loco in alium transfertur. at *com- mutatur*, cum aliud pro alio substituitur, sed ea iam confuse in vsu sunt.

Perpetem pro perpetuo dixerunt poetae. Pa- cuuius in Iliada: fac, vt coepisti hanc ope- ram mihi des perpetem. Oculis traxerim.

PAVLVS. *Perpetem* pro perpetuo dixerunt poetae.

Perpetrat, peragit, perficit.

FESTVS. *Perpetrat* peragit, perficit. Pacuuius in Teu- 60

cro: neque perpetrare precibus imperia qui dicimus patris spartam deponere. in- stat, id si perpetrat. quomodo etiam sine praepositione vsi sunt, quod contersum iam

Perpulit, persuasit, impulit. . . . impulit

PAVLVS. FESTVS.

Persecum portum Plautus cum ait, mare Eu- boicum videtur significare, quod in eo classis Perfarum dicitur stetit non pro- cul à Thebis.

Persecum portum, mare Euboicum: quod in eo steterit classis Perfarum.

PAVLVS

Persecum Plautus dixit peracutum.

Persecum peracutum significare videtur, vt Plautus: nihil de conciliare sibi, nisi qui persecus sapias. Nacuius: & qui fuerit per- secus carpenti est ratio.

FESTVS.

Perfillum vocant sacerdotes rudiculum pica- tum, quo vnguine flamen Portunalis ar- ma Quirini vnguet.

Perfillum dicebant vas quoddam picatum, in quo erat vnguentum, vnde arma Quirini vnguebantur.

PAVLVS.

Personata fabula quaedam Naeuij inscribi- tur, quam putant quidam primum a per- sonatis histriionibus. sed cum post multos annos comoedi, & tragoedi personis vri coeperunt, verisimilius est eam fabulam propter inopiam comoedorum actam no- uam per *atellanos*, qui proprie vocantur personati, quia ius est iis non cogi in sca- na ponere personam, quod ceteris histrio- nibus pati necesse est.

FESTVS.

Pertisum pro pertesum dixerunt antiqui. . . . do me . . . licet . . . sum di . . . qui paul . . .

PAVLVS. FESTVS.

Pertisum dolium (dicitur, cum ventrem si- gnificat.

PAVLVS.

Pertu . . . t dicitur . . .

. . . deruit . . . L.I.An . . .

FESTVS.

Pescia in Saliari carmine, Aelius Stilo dici ait, capitia ex pellibus agninis facta, quod Graeci vocent pelles *miorn* neutro genere pluraliter.

Pestifas inter alia, quae interpretatores dicunt, cum fundus lustratur, significare pestilentiam, vt intelligi ex ceteris possint, cum dicitur: Auertas morbum, mortem, labem, nebulam, impetiginem.

Pestifas dicebatur pestilentia. . . .

PAVLVS.

Pestifera auspicia esse dicebant, cum cor in ex- tis, aut caput in iecinore non fuisset.

. . . sunt, cum cor in . . . in iocinore.

FESTVS.

Pestiferum fulgur dicitur, quo mors, exilium- ve significari solent.

Petanti-

Petauristas Lucilius a *Petauro* appellatos existimare videtur, cum ait: Sicuti mechanici, cum alto exilueret *petauro*. at *Aelius Stilo*, quod in aere volent, cum ait: *petaurista* proprie Graece, quod ij *τῶν ἀετῶν τῶν ἀετῶν*.

Petilamsuram significat vngulam equi albā.

PAVLVS. *Petilamsuram*, siccam, & substrictam vulgo interpretatur. *Scacuola* ait vngulam equi albam ita dici.

FESTVS. *Petimina*, in humeris iumentorum vlcera, & vulgus appellat, & *Lucilius* meminit, cum ait: Ut *petimen* naso, aut *lumbos* ceruicib. tangat. eo nomine autem, & inter duos armos suis quod est, aut *pectus*, appellari solitum testatur *Naeuius* in descriptione *suillae*, cum ait: *petimine* *picino* qui meruerat.

PAVLVS. *Petimina*, in humeris iumentorum vlcera. *Petissere*, petere.

FESTVS. *Petissere* antiqui pro petere dicebant, ea quidem forma verbi, qua sunt *lascessere*, & *incessere*. sed, vt mihi videtur, cum significabant saepius petere, vt *Petissant* saepius petant.

Rasores fidicines dicti, quia videntur chordas ictu radere. PAVLVS.

. . . abant . . . denrur, quia . . . artifi . . . FESTVS.

Rates vocant tigna colligata, quae per aquam aguntur, quo vocabulo interdum etiam naues significantur. PAVLVS.

Rate . . . FESTVS.

. . . quae per aquam agan . . . interdum etiam na . . . Afranius in Epistula . . . cullam ratem, ite . . . ficarint etiam re . . . leno, atque ego reper . . . & alio loco. Sed iam pro . . . tes salum. . . FESTVS.

Ratissima quoque ab iis, quae rata dicimus. vnde etiam rationes dictae. Cato in *Q. Thermum*, erga rempublicam multa beneficia ratissima, atque gratissima.

Ratissima quoque ab iis, quae dicimus rata, vnde etiam rationes dictae.

Ratum quadrantem dictum putant, quod in eo, & tridente ratis fuerit effigies, vt nauis in asse.

. . . Tarqui . . . FESTVS.

. . . et Oppius . . . in eo & tri . . . t nauis in as . . .

. . . quoque ratitum . . . ratiti Antonius . . . trientes putat . . . is assis fit, quin . . . nulla sic, sed se . . .

. . . tans, nec hac re ra . . . FESTVS.

na. ac legionum vnam
gnificat, quod hi pe
ratio cum his putaretur
sient.

Ratumena porta a nomine eius appellata est, qui ludicro certamine quadrigis victor Etrusci generis iuuenis Veii conternatis quis excussus Romae perit: qui equi feruntur non ante confutisse, quam peruenirent in Capirolium, conspectamque fictilium quadrigarum, quae erant in fastigio Iouis templi, quas faciendas locauerant Romani Veienti cuidam artis figulinae prudenti, quae bello sunt recuperatae: quia in fornace adeo creuerant, vt eximi nequissent. idque prodigium portendere videbatur, in qua ciuitate eae fuissent, omnium eam futuram potentissimam.

PAVLVS. *Ratumena porta* a nomine cuiusdam aurigae sic appellata.

Ratus sum, significat putavi, item ratus, certus, & firmus.

FESTVS. *Ratus sum*, significat putavi, sed alioqui pro firmo, certo ponitur ratus, & ratum. Ennius: Occiduntur, vbi ponitur ratus Romulus praedam. & Atrius in Menalippo: neque ratum est, quod dicas, neque quae agitas, dicendi est locus.

PAVLVS. *Raua* vox rauca, & parum liquida, proxime canum latratum sonans. vnde etiam caudidicus pugnaciter loquens *rabula*.

FESTVS.
uocem
parum
autem
loquen
Lucilium
traui
elli, nisi
laurum, qui
poscamus quod
bi ex purga
rauium

PAVLVS. *Rauis coloris* appellantur, qui sunt inter stanos & caecios, quos Plautus appellat *rauisstellos*. Quis inquit, haec mulier, & ille *rauisstellus*, qui venit?

FESTVS.
appellant
rauo sub con
quod genus homin
sed quis haec est
uenit.

Rauillae a rauis oculis, quemadmodum a caecis *caesullae*.

Rauim anti

Plautus. Vbi si quid pos
am item experiri uai her
em & in Artemone, &
in Hypobohmaeo. Prius
ntam feceris.

PAVLVS. *Rauim* dicebant pro raucitate. vnde & ver-

bum rauio, rauis.
Raucos appella
ab ariditate
carum arista in sp
menta raua appell
docet.

Reapse est re ipsa. Pacuius in Armorum iudicio: Si non est ingratum reapse, quid feci bene.

Recellere, reclinare, & excellere, in altum extollere.

Recepticum seruum, Cato in suasionem legis Voconiae cum ait, significat, qui ob vitium redhibitus sit. Vbi irata facta est, seruum recepticum scitari, atque flagitare virum iubet.

Recepticus seruus est, qui ob vitium redhibitus est. PAVLVS.

Receptus mos est, quem sua sponte ciuitas alienum adiciunt. FESTVS.

Recinium, omne vestimentum quadratum, ij, qui XII interpretati sunt, esse dixerunt virilem togam qua mulieres utebantur, praetextam clauo purpureo. vnde *reciniani* mimi planipedes, quam rem diligenter exsequitur Santra libro secundo de antiquitate verborum.

Recinum, omne vestimentum quadratum vnde *reciniani* mimi. PAVLVS.

Reciperatio est, cum inter ciuitates peregrinas lex conuenit, vt res priuatae reddatur singulis, recuperenturque.

Reciperatio est, vt ait Gallus Aelius, cum inter populum, & reges, nationesque, & ciuitates peregrinas lex conuenit: quomodo per reciperatores reddantur res, recipianturque, resque priuatas inter se persequantur.

Recipie apud Catonem pro recipiam, vt alia eiusmodi complura.

Recipie, recipiam. PAVLVS.

Reciprocare pro vltro, citroque poscere. vnde eque gremiis sublectare, ac figere.

Reciprocare pro vltro, citroque poscere vsi sunt antiqui, quia *procare* est poscere. Pacuius in Teucro: Rapido, reciproco, percito, angusto, citare, rectem, reciprocare. vnde e que gremiis sublectare, adfigere. Plautus in Astraba, quasi tollenonio, aut pilum graecum recipros plana via.

Reconductae fecerit, & condere vibem, facere, aedificare, vt Cincius testatur in libro de verbis priscis.

Reclae appellantur vestimenta virilia, quae patres liberis suis conficienda curant omnium causa. ita usurpata, quod a stantibus & in altitudinem texuntur.

Reclae appellantur vestimenta virilia, quae a stantibus, & in altitudinem texuntur.

Reclio fronte ceteros sequi si norit. Cato FESTVS.

in dissertatione consularis. antiquae id
consuetudinis fuit, vt cum ait Ennius quo-
que, a stirpe supremo. & alia dia nepos. & lu-
pus fera & nulla metus. & iam in cōmenta-
riis sacrorum pontificalium frequēter est
hic ouis, & haec agnus, ac porcus. quae non
vt vitia, sed vt antiquam consuetudinem
testantia debemus accipere.

Redantruare dicitur in Saliōrum exultationi-
bus, cum praesul *ampiruauit*, quod est mo-
tus edidit ei referuntur inuicem iudē mo-
tus. Lucilius: praesul vt ampiruet, indē vol-
gus redamplauit. At Pacuius, promeren-
da gratia Simul, cum videam Graios ni-
hil mediocriter Redantruare opibusque
summis persequi.

Redarguisse per E litteram Scipio Africanus
Pauli filius dicitur enuntiasse, vt idem e-
tiam *peritum*. cuius meminit Lucilius,
cū ait, quo facietior videare, & scire plus-
quam ceteri, peritum hominem, non per-
taesum dicere ferunt, nam genus.

Redemptitauere item, vt clamitauere, Cato (si-
dē) in ea, qua egit de signis, & tabulis. ho-
norem temptauere ait, malefacta benefa-
ctis non redemptitauere.

PAVLVS *Redemptitauere*, vt domitauere.

FESTVS. *Redemptores* proprie, atque antiqua consuetu-
dine dicebantur, qui cum quid publice faci-
endum, aut praebendum conduxerant, effe-
cerantque; tū demum pecunias acci-
piant. nam antiquitus *emere* pro ac-
cipere ponebatur. At ij nunc dicuntur re-
demptores, qui quid conduxerunt praebē-
dum vtendumque.

Redhostire, referre gratiam. Naenius in Lupo:
vel Veiens regem salutat iube Albanum
milium. comitem senem sapientem con-
tra redhostis Menalus. & Attius in Amphi-
tryone: Cedo equid te redhostium, cum
meassem obieceret facilius. Nam & *hostire*
pro aequare posuerunt. Ennius in Chres-
phonte: audis, atque auditis *hostimentum* ad-
iungito. & in Hectoris lytris. Quae mea
cominus machaera, atque hasta hospis
manu. & Pacuius in Teuero: nisi coerceo
proteruitates, atque hostio ferociam.

PAVLVS *Redhostire* est gratiam referre. nam & *hostire* 50
pro aequare posuerunt.

FESTVS. *Redibitur* tum id proprie dicitur quod reddi-
tum est, improbatumque, & qui dedit, i-
dēque rursus coactus est habere id, quod
ante habuit.

PAVLVS. *Rediculis* sanum extra portam Capenam fuit,
quia accedens ad urbem Hannibal ex eo
loco redierit quibusdam perterritus
visis.

FESTVS. . . . Capenam Cornisij . . .
. . . . propterea apel . . .

10

urbem Hannibal . . .
dam visis perterritus.

Redimiculum vocant mulieres catellam, qua
maxime vtuntur ornatus causa.

Redimunt, redeunt.

. . . Ennius . . . PAVLVS
. . . inunt ia . . . FESTVS
. . . eunt feri . . .

Rediuam quidam, alij *relinium* appellāt, cum
circa vnguis cutis se resoluit, quia luere
est soltere. Titinius in Setina: lassitudo
conseruum rediuiae, flagri: & Liuius: sca-
bra in legendo, rediuio laue offendens.

Rediua siue *relinium* dicitur, cum circa vn-
gues cutis se soluit, quia luere est sol-
tere. PAVLVS

Rediuuum est ex vetusto renouatum.

20 *Rediuuum* est ex vetusto renouatum. Cicero
libro primo in Verrem: vtrum existimatis
minus operis esse vnam columnam effi-
cere ab integra nouam nullo lapide redi-
uiuo. FESTVS

Referrī diem prodictam, id est anteferrī, religio-
sum est, vt ait Veranius in eo, qui est au-
spiciorum de comitiis, idque exēplo com-
probat L. Iulij, & P. Licinij Censorum qui
id fecerunt sine vilo decreto augurum, &
ob id lustrum parum felix fuerit.

Refert cum dicimus, errare nos ait Verrius. ef-
se enim rectum rei fert; datiuo scilicet,
non ablatiuo casu. sed esse iam vsu pos-
sessum.

Refriua faba dicitur, vt ait Cincius quoque,
quae ad sacrificium referri solet donum
ex segere auspicij causa, quasi reuocent
fruges, vt domum datantes teuiritico ad
rem diuinam faciendam. Aelius dubitat,
an ea sit, quae prolata in segetem, domum
referatur, an quae refrigatur, quod est tor-
reatur, sed opinione Cincij adiuuat, quod
in sacrificiis publicis, cum puls fabata diis
datur, nominatur refriua.

Refriua dicebant, quae ex segete causa aus-
picij domum ad sacrificium referebant. PAVLVS

Refutare, redarguere, compositū a fando ver-
sa A littera in V.

R. . . . re. Pacuius in Hemi . . . FESTVS
. . . . quas gloria et . . .
. . . . rietas humanu . . .
. . . . littera in V tam . . .
. . . . recludere . . .

Regale est dignum rege. PAVLVS
. . . . gnum Rege. FESTVS

Regalia exta appellantur, quae potētibus in-
operatum honorem pollicentur, priuatis
& humiliorib. hereditates, filio familiae
dominationem.

Regia, domus, vbi Rex habitat. PAVLVS
. . . . aliquo regia fe FESTVS

Regiescit

60

Regiescit cum dixit . . .
 . . . uersu vix super . . .
 . . . e misero mihi, ac . . .
 . . . de etiam glires dicti videntur, quibus
 corpus pinguitudine adcrefcit.

PAVLVS. *Regiescit* apud Plautum significat crefcit.
Refugium sacrum dicebant, quo die Rex Tar-
 quinus fugerit e Roma.

FESTVS. . . . VI. kal . . .
 . . . us, quia . . . 10
 . . . quod fal . . .
 . . . et Tul . . .
 . . . t Salios . . .
 . . . ficium in . . .
 . . . ouerit . . .
 . . . ales no . . .
 . . . ando Rex . . .
 . . . at. his . . .
 . . . nec in . . .
 . . . truria . . . 20
 . . . kal. Iuniis . . .
 . . . legi debet cum . . .
 . . . nefasto fastus . . .
 . . . quod in fanum a Pom . . .
 . . . ant, quod in ea sa . . .
 . . . ita vsurpari . . .
 . . . uae fiunt fori co . . .
 . . . ciuitate aliquem . . .
 . . . iestate, sed non . . .
 . . . um, qui homini tales . . . 30
 . . . ptus fulguris fit.

Regillis, tunicis albis, & reticulis luteis vtrif-
 que . . . ctis textis solum versum a stanti-
 bus pridie nuptiarum diem virginis indu-
 tac cubitum ibant omnis causa, vt etiã in
 togis virilibus dandis obseruari solet.

Regimen pro regimento vsurpant poetae. En-
 nius libro sextodecimo: Primus senex Bra-
 dyn (in) regimen, bellique peritus.

Regina est . . . 40
 . . . ut feruus . . .
 . . . Numae Pompilij . . .
 . . . gnum Rege . . .
 . . . appellat Enni . . .
 . . . os Graij memo . . .
 . . . ngua longos per . . .
 . . . Hispani, non Ro . . .
 . . . cum Romulus ur . . .
 . . . inae locutus sit . . .
 . . . gentis fuerit . . .
 . . . none mutata . . . 50
 . . . icat origo eius . . .
 . . . surpatio.

PAVLVS. *Regium* est, quod aut est, aut fuit regis.

FESTVS. *Relegati* dicuntur proprie, quibus ignominiae,
 aut poenae causa necesse est ab vrbe Ro-
 ma, aliove quo loco abesse lege, Senatusq;
 consulto, aut edicto magistratus, vt etiam
 Aelius Gallus indicat.

Religioni est quibusdam porta Carmentali e- 60

gredi, & in aede Iani, quae est extra eam,
 senatum habere: quod ea egressi sex & tre-
 centi Fabij apud Cremeram omnes inter-
 fekti sunt, cum in aede Iani Senatus consul-
 tum factum esset, vti proficerentur.

Religionis praecipuae habetur Censo.

Varro exc. . . .
 . . . or cum M . . .
 . . . admodum . . .
 . . . dicia cum . . .
 . . . quae in pr . . .
 . . . re homin . . .
 . . . iudicium fu . . .
 . . . mius Q. F. . . .
 . . . a miserat . . .
 . . . bum ocul . . .
 . . . libri Sibyll . . .
 . . . blicae supp . . .
 . . . T I. Sempron . . .
 . . . fides labefa . . .
 . . . cum esset Aed . . .
 . . . condempnat . . .
 . . . coerant conde . . .
 . . . L. Aemili Paulli e . . .
 . . . fuit, laborauit . . .
 . . . amissione capi . . .
 . . . et P. Corneli Sc . . .
 . . . opilius post cons . . .
 . . . fuit, vadatus . . .
 . . . constat M. Val . . .
 . . . ginus Censores . . .
 . . . tia fuerat famosi . . .
 . . . in capitolio in ara . . .
 . . . fico nata fuerat . . .
 . . . tam ficum, infamesq;
 . . . ullo pudicitiae resp . . .
 . . . L. Corneli Lentuli, C . . .
 . . . Lentulus iudicio pu . . .
 . . . fuerat. plurimi itaq;

Mummi . . .
 . . . ac in agen . . .
 . . . soluta poe . . .
 . . . ueritate . . .
 . . . & Q. Fului No . . .
 . . . ci fuit no . . .
 . . . tribus notis . . .
 . . . cili Metelli . . .
 . . . natus ad sum . . .
 . . . tres, & eo lu . . .
 . . . claritatem . . .

Religiosi dicuntur, qui faciendarum, praeter-
 mittendarumque rerum diuinarum secun-
 dum morem ciuitatis dilectum habent, nec
 se superstitionibus implicant.

Religiosum, ac sacrum est, vt templa omnia,
 atque aedes, quae etiam sacrae dicun-
 tur. ad quod per se religiosum est, non vt
 . . . quod ea non . . .

Religiosus est non modo deorum sanctitate ma-

gni aestimans, sed etiam officiosus aduersus homines. *Dies autem religiosi*, quibus, nisi quod necesse est, nefas habetur facere. quales sunt sex & triginta anni, qui appellantur, & Albanis atque ij quibus mundus patet. Esse, Gallus Aelius, quod homini ita facere non liceat, vt si id faciat, contra deorum voluntatem videatur facere. quo in genere sunt haec in eadem Bonae deae virum introire: aduersus mystica legem ad populum ferre: die nefasto apud Praetorem lege agere. Inter sacrum autem, & sanctum, & religiosum differentias bellissime refert. *Sacrum aedificium*, consecratum deo. *Sanctum murum*, qui sit circum oppidum. *Religiosum sepulcrum*, vbi mortuus sepultus, aut humatus sit, satis constare ait. Sed ita portione quadam, & temporibus eadem videri posse. Siquidem quod *sacrum est*, idem lege, aut instituto maiorum sanctum esse putant, violari id sine poena non possit. Idem *religiosum* quoque esse, (qui non iam fit aliquid, quod ibi homini facere non liceat, quod si faciat aduersus deorum voluntatem videatur facere. Similiter de muro, & sepulcro debere obseruari, vt eadem, & sacra, & sancta, & religiosa fiant, sed quo modo, quod supra expositum est, cum de sacro diximus.

Reluere, resolvere, repignerare. Caecilius in Carine: vt aurum, & vestem, quod matris fuit, Reluat, q̄ viua ipsi opposuit pignori.

PAVEVS. *Reluere*, soluere, repignerare.

FESTVS. *Reman cipata* Gallus Aelius esse ait, quae mancipata sit ab eo, cui in manum conuenerit. *Remant*, repetant, Ennius libro primo: desunt riuos, camposque remant.

PAVLVS. *Remant*, repetant. Ennius: Riuos, camposque remant.

Remeare, redire: vt commeare, vltro, citroque ire. vnde *commeatus dari* dicitur, id est tempus, quo ire, & redire commode possit.

FESTVS. *Remeare*, redire: vt commeare, vltro, citroque ire. vnde *commeatus dari* dicitur, id est, tempus, quo ire, redireque possit. Afranius (vt in emancipato vetuit me sine mercede prosum paucius remeare in ludum.

Remeligines, & remorae a morado dictae sunt a Plauto in patina. Nam quid illae nunc tam diu inicit remorantur remeligines? Ab Afranio in Prodito. Remeligo a laribus missa sum, hanc, quae cunsum cobi . . .

. . . non ma . . .
 . . . in no . . .
 . . . aeq; su . . .
 . . . publi . . .
 . . . in co, quod . . .

PAVLVS. *Remeligines*, & remorae a morado dictae. Plautus: Quid illae nunc tam diu inicit remor-

rantur remeligines? & Lucilius: Quae nam vox ex te resonans meo gradu remoram facit?

Remillum dicitur, quasi repandum.

Re . . . Lucilius. suda . . . FESTVS.
 remelium & Afraxendice pergam . . .

Remisso . . . vsus est in . . .
 . . . iubetur, quod . . .
 . . . tum est exer . . .
 . . . ut cum opus sit . . .
 . . . re possit, nam . . .
 . . . in perpetuum . . .
 . . . untur, vt ait . . .
 . . . cio, quas po . . .
 . . . cures habitae . . .
 . . . esse ait Antis . . .
 . . . oque lege signi . . .
 . . . ando dicitur, vt . . .
 . . . officio augu . . .
 . . . in consilio fa . . .
 . . . let loco pullis . . .
 . . . um facit auspi . . .
 . . . elit intra pome . . .
 . . . plo consistit.

Remorbescat, in morbum recidat. PAVLVS.
 morbescat. En . . . FESTVS.
 bum recidat.

30 *Remores* aues in auspicio dicuntur, quae acturum aliquid remorari compelluat. PAVLVS.
 . . . item inu . . . FESTVS.
 . . . remor . . .

Remulco est, cum scaphae remis naui magna trahitur. PAVLVS.

. . . a tra . . . FESTVS.
 . . . ficat . . .

Remurinus ager dicitur, quia possessus est a Remo, & habitatio Remi. *Remona*, sed & locus in summo Auentino *Remoria* dicitur, vbi Remus de vrbe condenda fuerat auspiciatus. PAVLVS.

40 . . . dicitur . . . FESTVS.
 . . . remu . . .
 . . . num ei . . .
 . . . tatam a . . .
 . . . de vrb . . .
 . . . rum quu . . .
 . . . testis e . . .

50 *Renanciscitur* significat reprehendit. vnde adhuc nos dicimus *nanciscitur*, & *nacltus*, id est adeptus. PAVLVS.

Rena . . . FESTVS.
 nificare ait rep . . .
 dicimus nanciscitur . . .

Renonatum fulgur vocatur, cum ex aliquo fulgure functio fieri coepit, si factum est simile fulgur, quod idem significet.

. . . existimo, & quatecu . . .
 . . . quorum passiuu aucto . . .

Reor,

PAVLVS. *Reor*, existimo, & quaecunque ab eo declinantur.

Repagula sunt, vt Verrius ait, quae patefaciendi gratia ita figuntur, vt ex contrario quae oppanguntur. Cicero in Verrem libro quarto: postea conuolsis repagulis, effractisque valuis demoliri signum, ac vectibus labefactari conantur. quae poetae interdum repages appellant.

FESTVS *Repagula* sunt, quae patefaciendi gratia ita figuntur, vt e contrario oppanguntur. haec & *repages* dicuntur.

Repanda locantur Pompina flumin ap

Repastinari ager is dicitur, vt Verrius existimat, cuius natura mutatur fodiendo, cum aut siluester excoditur, aut lapis molliatur frangendo, vt fiat pascui, vel pecoribus herba, vel hominibus satio. Cato in ea, quam scripsit de suis virtutibus contra Thermum: ego iam a principio in parsimonia, atq; in duritia, atq; industria omnem adulescentiam meam abstinui, agro colendo, saxis Sabinis, silicibus repastinatis atque conferendis. Afranius in repudiato: Repastina ferati senex fugis.

PAVLVS. *Repastinari* ager is dicitur, cuius natura fodiendo mutatur.

Repedare, recedere.

FESTVS. *Repedare*, recedere. Pacuuius; Paulum repedagnate a vestibulo gradum.

PAVLVS. *Repartum* dicitur, quasi repartum, & reparatum.

FESTVS *Re* quod amissum recipere reparatum

Repotia postridie nuptias apud nouum maritum cenatur, quia quasi reficitur potatio. Pacuuius in Iliona: abeo depulsum mamma paedagogandum accipit appotalis liber.

PAVLVS. *Repotia* postridie nuptias apud nouum maritum cenatur, quia quasi reficitur potatio.

Repudium, quod fit ob rem pudendam, appellatum.

FESTVS. *Repudium* Verrius ait dictum, quod fit ob rem pudendam. Attius; Repudio eiecta ab Argis iam dudum exsulo.

Repulsio secunda conlatione dixit Cato in ea quae est contra Cornelium apud populum. Nec quis incultior, religiosior, desertior, publicis negotiis repulsior.

PAVLVS *Repulsio* Cato dixit comparatiue a repulso.

Reque capse, re ipsa.

FESTVS *Reque capse* Scipio Africanus Pauli filius, cum pro aede Castoris dixit, hac compositione vti est, quibus de hominibus ego saepe, atque in multis locis opera factis, consiliis, reque capse (saepe) bene meritis spe,

id est & re ipsa.

Res comperendinata significat iudicium in diem tertium constitutum.

. ut
. iure
. ut
. ica
. um ob
. for
. is con
. dicium

Resecrare, res crens populum eo ut eo periculo stratus eum reserare liberarent insi innocensque esset cautus, ne eidem iterum animaduertisti cumque comitia esse

Resecrare, soluere religionem. vtique cum reus populum comitiis orauerat per deos, vt eo periculo liberaretur, iubebat magistratus eum resecrare. Plautus: Resecroque mater, quod dudum obsecraueram.

Reserari a sera dictum est.

. dici ab eo, quae de FESTVS.
. ine patefiant
. et declusa sint re
. neque dicantur fustes
. foribus. Pacuuius in
. pandire valuas
. complectar.

Reses, iguauus, quia residet.

. residet. Atti
. residios sum
. in rosa praeterea
. pa cuius in arm.
. tuque te desider
. nos hic esse in

Residiare, saepe resiliere.

. sulca. PAVLVS
. FESTVS.

Resignare antiqui pro rescribere ponebant. vt adhuc *subsignare* dicimus pro subscribere. Cato de spoliis, ne figerentur, nisi quae de ho

. re
. nar
. requi
. alia a
. quod m
. reb
. in di
. tertium
. ranorum
. positi
. nisi a
. uocaba
. cretum

60 *Resignare* antiqui dicebant pro rescribere, vt PAVLVS.

PAVLVS.

FESTVS

FESTVS.

PAVLVS

FESTVS.

PAVLVS

FESTVS.

PAVLVS.

adhuc *subsignare* dicimus pro subscribere.
 FEST. *Resignatum* aes dicitur militi, cum ob delictū aliquod iussu tribuni militum, (ne stipendium ei detur,) in tabulas refertur. *resignare* enim antiqui pro scribere interdū ponebant.
 PAVL. *Respersum* vinum dixerunt, quia vino sepulcrum spargebatur.

FESTVS. gnificat . . .
 ouendia . . . IO
 spargebatur.

Respicere autem & in auspiciando, vnde quis auem prospexit, cum eodem reuertitur.

Respici auis
 ficio, quasi finis impe
 comitia perfecta sumi
 dotes suo more, aliq.
 nem luci, in quo sacra fa
 latoribus ingeniculato 20
 vinum in caput infu
 catione.

Respublicas multarum civitatum pluraliter dixit C. Gracchus in ea, quam conscripsit de lege P. Ennij, & peregrinis, cum ait: eae nationes, cum aliis rebus, per auariciam. atque stulticiam, respublicas suas amiserunt.

Restat pro distat ait Ennius: ponere, cum is dicat, impetus, aut longe mediis regionibus restat.

PAVL. *Restat* Ennius posuit pro distat.
Restibilis ager fit, qui biennio continuo scribitur farreo spico, id est aristato. quod ne fiat, solent, qui praedia locant, excipere.

FEST. dicitur qui bic
 eo, id est arist
 cant excipe

Retiario pugnāti aduersus mirmillonē cantatur. *Nō te peto, piscē peto, quid me fugis Gal- le?* quia mirmillonīcū genus armaturae Gallicum est, ipsique mirmillones ante *Galli* appellabantur, in quorum galeis piscis effigies inerat. Hoc autem genus pugnae institutum videtur a Pittaco vno ex septem sapientibus, qui aduersus Phrynonem dimicaturus propter controuersias finium, quae erant inter Atticos, & Mytilenaeos rete occulto lato impediuit Phrynonem.

PAVL. *Retractare* est, rursus tractare.

FEST. re
Retricibus cum ait Cato in ea, quam scripsit, cum edisertauit Fuluij Nobilioris Censuram, significat aquam eo nomine, quae est supra viam Ardeatinam inter lapidem secundum, & tertium. qua irrigatur horti infra viam Ardeatinam, & Alinariam, vsque ad Latinam.

PAVL. *Retricibus* cum ait Cato, aquam eo nomine

significat qua horti irrigantur.
Reus dictus est a re, quam promisit, ac debet.
Reus stipulando est, qui stipulatur. *Reus promittendo* est, qui suo nomine alteri quid pro altero promisit.

Reus nunc dicitur, qui causam dicit: & item qui quid promisit, sponditve, ac debet. at Gallus Aelius libro secundo significationum verborum, quae ad ius pertinent, ait: *Reus* est, qui cum altero litem contestatam habet, siue is egit, siue cum eo actū est. *Reus stipulando* est idem qui astipulator dicitur. quippe suo nomine ab altero (qui stipulatus est, non is qui alteri adstipulatus est. *Reus promittendo* est, qui suo nomine alteri quid promisit, quive pro altero quid promisit. at Capito Ateius in eadem quidē opinione est, sed exēplo adiuvat interpretationē. Numa in secūda tabula secunda lege, in qua scriptum est: *Quid horū fuit unum iudicis arbitro ve, reo ve, eo die deffensus esto.* nunc vterque actor, reusque in iudicio me vocatur. itemque accusator de vi accitur more vetere, & consuetudine antiqua.

Reus cum pro u
 nius in eo q
 cit pro se a
 to tuo uti

30 *Rhegium* appellatur id municipium, quod in freto Siciliae est, quoniam id a rumpendo dictum est.

. are oportere, ait Verrius, id municipium, quod in freto e regione Siciliae est, quoniam id dictum est a rumpendo, quod est Graece *ῥῆμα* ai. eo quidem magis, quia in Gallia Cisalpina, vbi forum Lepidi fuerat, Regium vocatur.

Rhinocerotem quidam esse aiunt bouem Aegyptium.

40 *Rhonde*, Sicadionque, cum dixit Lucilius. quoniam nomina riparum posuit, tam infestum sibi corpus, & valetudinem referens, quam leuis, sed saluti nauigantium.

Rica est u
 fimbriatum, purp
 palliolo, mitraye
 existimat. Titi
 fucida alba vestit
 50 triplex, quod con
 nuae patrimae in
 tum lauetur aqua pe
 leum.

Rica, est vestimentum quadratum fimbriatum purpureum, quo Flaminicae pro palliolo utebantur. Alij dicunt, quod ex lana fiat succida alba, quod conficiunt virgines ingenuae patrimae, matrimae ciues, & inficiatur ceruleo colore.

60 *Ricae*, & *riculae* vocantur parua ricinia, vt pallio-

palliola ad vsum capitis facta.
FESTVS. Riciae, & riculae vocatur parua ricinia, vt palli-
oliola ad vsum capitis facta. Granius quide
ait esse muliebre cingulum capitis, quo pro
vitta Flaminica redimiatur.

Rictus
dici videntur, quia
contrariaque sunt
regendo, vt commo
dictum videri po

PAVLVS. Rictus, rixae, rixiosae, rigitur, dici videtur, quia
in diuersum rumpantur, contrariaque sunt
recto. quod vocabulum dictum videtur a
regendo.

FESTVS. Rideo, inquit Galba Canterio, prouerbiu est,
quod Sinius Capito ita interpretatur, ni-
si qui principio rei alicuius inchoatae de-
ficiunt animo. Sulpicius Galba, cu in pro-
uinciam exiens, ad portam ipsam canteriu
suum animaduertisset cecidisse, rideo, in-
quit, canteri te iam lassum esse, cum ta lō-
gum iter iturus, vix id sis ingressus.

Ridiculus proprie dicitur, qui in rebus turpi-
bus ridetur.

PAVLVS. Ridiculus, qui in rebus turpibus ridetur.
Rienes antiqui vocabat nefrundines, quia Grae-
ci eos νεφρῶν dicunt. Plautus: Glaber erat,
tamquam rien.

FESTVS. Rienes quos nunc vocamus, antiqui nefrun-
dines appellabant. quia Graeci νεφρῶν eos
vocat. Plautus in Satyrione: male tibi e-
uenisse video, glaber erat tamquam rien.

Rigido

Ennius locatus videtur
u. est enim amanis no
re vsus est. & lib. ij.
I caerulea prata. Cac
& alibi inde parum
ulabant Parum in sulam refert. item vnum
vsurū surus ferre tamē defendere possunt
furi autē sūt rustes, & σαρκορῆμας surculi.

PAVLVS. Rigidum, & praeter modum frigidum signifi-
cat, & durum.

FESTVS. uigido u
rigido
o ferro

FESTVS. Rimari est valde quaerere, vt in rimis quoq;

FESTVS. ri, quae
qui te rima
Ennius lib. xii
utrique.

Rituales nominantur Etruscorū libri, in qui-
bus per scriptum est, quo ritu condātur vr-
bes, arae, aedes sacrentur, qua sanctitate
muni, quo iure portae, quo modo tribus,
curiae, centuriae distribuantur, exercitus
constituantur, ordinentur, ceteraque eius-
modi ad bellum, ac pacem pertinentia.

Ritus est mos comprobatus in administran-
dis sacrificiis.

Ritus est mos, vel consuetudo. rite autem si-
gnificat bene, ac recte.

Ris
ne
istic
teri
hon
iua
telo
alio
tionem
loru m
litum est
remo

Riuus vulgo appellatur tenuis fluuor aquae,
non spe, consiliove factus, verum naturali
suo impetu. Sed ij riuu dicuntur, q manu fa-
cti sunt, siue super terrā fossa, siue super spe-
cucuius vocabuli origo ex Graeco pēdet.

20 Robigalia dies festus septimo kalendas Ma-
ias, quo Robigo deo suo, quem putabant
rubiginem auertere, sacrificabant.

Robur rubro colore, & quasi rufo significa-
ri, vt bouem quoque rustici appellant, ma-
nifestum est. vnde & materia, quae pluri-
mas venas eius coloris habet, dicta est ro-
bur. hinc & homines valentes, & boni co-
loris, robusti. robur quoque in carcere dicitur
is locus, quo praecipitatur maleficorū
gen, q ante arcis robusteis includebatur.

Rodus, vel raudus cum dicitur, res rudis, & im-
perfecta significatur. Hominem quoque
imperitum rudem vocamus. Rudentes res-
tes nauticae, & asini, cum vocem mittunt.

Rodus, vel raudus significat rem rudem, & im-
perfectam. nam laxum quoque raudus ap-
pellant poetae, vt Attius in Menalippo:
Constituit, cognouit, sensit, conlocat sese
in locum Celsum, hinc manibus rapera
roudus saxum grandem, & grauem. & in
Chryssippo. Neque quisquam a telis va-
cuus. Sed vti cuique obuiam fuerat, fer-
rum, alius saxum rodum, vulgus quidem
in vsu habuit, non modo pro aere imper-
fecto, vt Lucilius, cum ait: plumbi paxil-
lum rodus liniq; matexam sed etiam pro
signato, quia in mancipando cum dicitur,
rudusculo libram ferito: asse tangitur libra.
Cincius de verbis priscis sic ait: Quemad-
modum omnis fere materia non deforma-
ta rudis appellatur, sicut vestimentum rude,
non perpolitum: sic aes infectum rudusculū
apud aedem Apollinis aes constatum ja-
cuit, id adrudus appellabant. in aestimatio-
ne censoria aes infectum rudus appellatur.
Rudicary ab eodem dicuntur, qui saga no-
ua poliunt. Hominem imperitum rudem
dicimus. Rudentes restes nauticae, & asini,
cum voces mittunt.

40 Rodusculana porta appellata, q rudis, & impo PAVLVS.

	lita sit relicta, vel raudo, id est aere vincta.	
FESTVS.	quod	
	aere	
	tatum	
	ncipa	
	eli	
	genus	
	cnim	
	uatq	
	uene	10
	us.M.	
	erio	

Rogat, est consulit populum, vel petit ab eo, vt id sciscat, quod ferat. vnde nos quoque in cōsuetudine habemus pro petere, & ora re. Cato in dissuafione, ne lex Baebia dero garetur, ait: hoc poti⁹ agā, quod hic rogat.

PAVLVS. Rogat, est consulit populum, vel petit ab eo, vt id sciscat, quod ferat.

Rogatio est, cū populus cōsultitur de vno, pluribusve hominibus q̄ nō ad omnes pertineat, & de vna pluribusve reb⁹, de quibus, nō de omnib⁹ scīatur. nā, q̄ in omnes homines, resve populus scīuit, lex appellatur.

FESTVS. Rogatio est, cum populus consulitur de vno, pluribusve hominibus quod non ad omnis pertineat, & de vna pluribusve rebus, de quibus, non omnibus scīatur. nām, quod in omnes homines, resve populus scīuit, lex appellatur. Itaque Gallus Aelius ait, inter legem, & rogationem hoc interest, rogatio est genus legis, quae lex nō cōtinuo ea rogatio est (rogatio) nō potest nō esse lex, si modo iustis comitiis rogata est.

Romam appellatā esse Cephalon Gergithius, qui de aduentu Aeneae in Italiam videtur conscripsisse, ait ab homine quodam comite Aeneae. cum enim occupato monte, qui nunc Palatinus dicitur, urbem condidisse, atque eam Romam nominasse.

¶ Apollodorus in Euxenide ait, Aenea, & Lauinia natos Mayllem, Mulum, Romūque atque ab Romo vrbī tractum nomen.

¶ Alcius ait Tyrthenia Aeneae natū filium Romulum fuisse, atque eo ortam Albam Aeneae neptem, cuius filius nomine Romus condiderit urbem Romanam. ¶ Antigonus Italicae historiae scriptor ait, Romum quendam nomine, Ioue conceptum urbem condidisse in Palatio Romae, eique dedisse nomen. ¶ Historiae Cumaenae compositor Athenis quosdam profectos Sicyonem, Thespiasque ex quibus potro cinitatibus, ob inopiam domiciliorum, compluris profectos in exteras regiones, delatos in Italiam, eosque multo errore nominatos Aborigines, quorum subiecti qui fuerint Caexilnparum viri, vnicarumque virium imperio montem Palatium, in quo fre-

60

quentissimi confederint, appellauisse a viribus regentis Valentiam, quod nomen aduentu Euandri, Aeneaeque in Italiam cum magna Graecae loquentium copia interpretatum, dici coeptum Romam. ¶ Agathocles Cyzicenarum rerum conscriptor ait, vaticinio Heleni impulsus Aeneam Italiam petiuisse portantem suam secum neptem, Aescanij filiam nomine Rhomam, eamque vt Italia sint Phryges potiti, & iis regionibus maximae, quae nunc sunt vicinae vrbī, primum omnium consecrassē in Palatio fidei templum. in quo monte postea cum conderetur vrbis, visam esse iustam vocabuli Romae nominis causam, eamque priore, vnde ea locum dedicauisset fidei. ¶ Ait quidem Agathocles complures esse auctores, qui dicant Aeneam sepultum in vrbē Berecynthia proxime flumen Nolon, atque ex eius progenie quendam nomine Romum venisse in Italiam, & urbem Romam nominatam condidisse. ¶ Callias Agathoclis Siculi qui res gestas conscripsit, arbitratur e manu Troianorum fugientium Ilio capto cui-dam fuisse nomen Latino, eumque habuisse coniugem Romam, a quo vt Italia sit potius, urbem condiderit, quam Romam appellauisse. ¶ Lembus, qui appellatur, Heraclides, existimat, reuertentibus ab Ilio Achiuis quosdam tempestate deiectos in Italiae regiones secutos Tiberis decursum peruenisse, vbi nunc sit Roma. vbi que propter caedium nauigationis impulsas captiuas auctoritate virginis cuiusdam tempestiuae nomine Romes, incendisse classem, atque ab ea necessitate ibi manendi urbem conditam ab his, & potissimum eius nomine eam appellatam, a cuius consilio eas sedes sibi firmauissent. ¶ Galatas scribit, cum post obitum Aeneae imperium Italiae peruenisset ad Latinum Telemachi, Circesque filium ex Romae suscepisset filios, Remum, Romulumque, vrbisque conditae in Palatio causam fuisse appellandae potissimum.

50 Rom

is	
ini	
ex	
Rom	
lac	
tos	
pler	
mito	
pepe	

deni . . .
 atque . . .
 mam . . .
 omnes p . . .
 nomia . . .
 compressu . . .
 positos in . . .
 mam mont . . .
 sunt educ . . .
 minari pot . . .
 essent procreati . . .
 restituisse reg . . .
 per auguria decre . . .
 nareque ac decorum . . .
 mulum urbem cond . . .
 porius, quam Romu . . .
 re vocabuli signi . . .
 suae ominaretur . . .

PAVLVS. *Romam* Romulus de suo nomine appellauit; sed ideo Romam, non Romulam, ut ampliore vocabuli significatu prosperiora patriae suae ominaretur.

FESTVS. *Romanam* portam vulgus appellat, vbi ex epistyllo defluit aqua. qui locus ab antiquis appellari solitus est *Stuuae Cinciae*, quod in eo fuit sepulcrum eius familiae. sed porta Romana instituta est a Romulo infimo cliuo Victoriae qui locus gradibus in quadram formatus est. appellata autem Romana a Sabinis praecipue, quod ea proximus aditus erat Romam.

PAVLVS. *Romana* porta apud Romam a Sabinis appellata est, quod per eam proximus eis aditus esset.

FESTVS. *Romanam* portam anteatam ferunt, quae fuerit . . .

Romani . . .
 artificium . . .
 coeperunt . . .
 is ciuitatibus . . .
 omnes, qui nunc . . .
 sunt instituti . . .
 manos, alij aiunt . . .
 magnae, ac po . . .
 in conferendis . . .
 ros Romanos alij . . .
 os equitando, iactu . . .
 parilibus, paribusque etiam . . .
 ludentibus fierent . . .

PAVLVS. *Romulia* tribus dicta, quod ex eo agro censebatur, quem Romulus ceperat ex Veientibus.

FESTVS. . . . latam Terentius quidem . . .
 . . . deinde detortam voc . . .
 . . . credibile, ceterum caus . . .
 . . . nisse ait Verrius . . .

Romulum quidam a ficu ruminali, alij quod lupe ruma nutritus est, appellatum esse i-

neptissime dixerunt. quem credibile est a virium magitudine, item fratrem eius appellatos.

Romulus, & Remus a virtute, hoc est a robore appellati sunt.

Rorarios milites vocabant, qui leui armatura primi praelium committebant; quod, vt ante imbrem fere *rorare* solet, sic illi, ante grauem armaturam quod prodibant, *rorarii* dicti.

Rorarium vinum, quod rorariis dabatur, vbi incubare posset auspicii repetendi causa.

Rosci appellabantur in omnibus perfecti artibus, quod Roscius quidam perfectus vnus in arte sua, id est, comoedia, iudicatus sit.

ri solent in comoedus in nihil deesset de oratore mense Aug quod eodem ill est iumenta omnes horti in

Rosca in campo Reatino campus appellatur, quod in eo arua rose humida semper feruntur.

us appellatur ida semper ferent

Rotundam aedem Vestae Numa Pompilius Rex Romanorum consecrasse videtur, quod eandem esse terram, qua vita hominum sustentaretur, crediderit, eamque pilae forma esse: vt sui simili templo dea coleretur.

Rotundam faciebant aedem Vestae ad pilae similitudinem, quod eandem credebant terram esse.

Rubidus apud Plautum panis vocabatur parum coctus. item scortae ampullae rugosae rubidae dici solent.

tur parum coctus cum Plautus in Catina o atque ibi torreto em scortae ampullae vetustate rugosae, & coloris eiusdem rubidae dici solent.

Ructare, non ructari dicendum est. Flaccus: Videres alios ructare, ac respuere pulcherrima superbia. Cicero tamen ructaretur dixit.

etare ut pro os igi scrib ceus re, ac M. Cice ructa

- Rufili* Tribuni militum Consilii faciebant, quod a *Rufili* tribu nomen habebant, qui populo suffragium dabant, cognomine *Rufili* appellabantur Tribuni militum a Consule facti, non a populo, de quorum iure, quod *Rutilius Rufus* leges tulerat, *Rufili*, ac post *Rutuli* sunt appellati.
- Rumen* est pars colli, qua esca deuoratur, unde *rumare* dicebatur, quod nunc *ruminare*, quae esca deuoratur, quod nunc *ruminare*.
- Rumentum*, abruptio, alibus significare videtur, dum verba Ancierimen vis canerit, o augurio rumentum.
- Rumex*, genus teli simile spari Gallici.
- Rumex* meminit Lucilius tragula.
- Ruminans* dicta est ficus, quod sub ea arbore lupa mammam dedit Remo, & Romulo. mamma autem rumis dicitur, unde & rustici appellant hedos subrumos, qui adhuc sub mammis habentur.
- latam ait Varro bus, quod sub ea ar Remo, & Romulo ma autem rumis dicitur, unde & rustici appellant hedos subrumos, qui adhuc sub mammis habentur.
- Ruminant*, rumigerantur. Naeuius: Simul alius aliunde rumitant inter se.
- ntur, ut Naeuius: Simul alius aliunde rumitant inter se.
- Runa* genus teli significat. Ennius: runata recidit, id est, pilata.
- nas
- ae
- Nacui
- uit
- ad
- escen
- Rupitias* in XII. significat, damnū dederis.
- Rupitia* damnū dederit significat.
- Ruri* esse, non rure dicendum, testis est Terentius in Phormione, cum ait ruri se continebat, ibi agrum de nostro patre.
- Ruscum* est, ut ait Verrius, amplius paullo herba, & exilius virgultis, fructibusque non dissimile iunco, cuius coloris rebus uti mulieres solitae, commemorat Cato Originum libro septimo: Mulieres opertae auro, purpuraque, ars inhaeret diadema, coronas aureas ruffea facie, galbeas lineas, pelles, redimicula.

- Rusparsi* est quaerere crebro, ut hoc versum indicatur: & ego ibo, ut latebras ruspans rimer amaptimas.
- Rusparsi* est cerebro quaerere.
- Rustica* vinalia quartodecimo kalendas Septembris celebrabantur, quo die primum vinum in urbem deferrebant.
- Rustica* vinalia appellatur, mense Augusto quartodecimo kalendas Septembris Iouis dies festus, quia Latini bellum gerentes aduersus Mezentium, omnis vini libationem ei deo dedicauerunt, eodem autē die Veneri templa sunt consecrata, alterū ad Circum maximū alterū in luco libitine, quia in ipsius deae tutela sunt horti.
- Rustum* ex rubus.
- Ruta* caesa dicuntur, quae venditor possessionis, sui vsus gratia, concidit, ruendoque contrahit.
- Rutabulum* est, quo rustici in prouendo igne panis coquendi gratia (vtuntur.) Nouius in Pico: quid ego facerem, otiosi rodebā rutabulum. Naeuius, obscenam viri partē describens: vel quae sperat se nupturam iri adulescentulo, ea licet senile tractet retitum rutabulum.
- Rutabulum* a prouendo igne vocatum, quo panes coquuntur. inuenitur tamen positum & pro virili membro.
- Rutiles* canes, id est, non procul a rubro colore immolantur, ut ait Ateius Capito canario sacrificio pro frugibus deprecandae saeuitiae causa sideris caniculae.
- Rutilium* rufum significat, cuius coloris studioe etiam antiquae mulieres fuerunt. unde traxerūt cognomina Rutiliae, ut indicat frequenter Afranius.
- Rutilium* rufum significat, cuius coloris studioe etiam antiquae mulieres fuerunt. unde & rutilae dictae sunt.
- Rutrum* dictum, quod eo harena eruitur.
- Rutrum* tenentis iuuenis est effigies in Capitolio Ephebi more Graccorum harenam ruentis exercitationis gratia. quod signū Pompeius Bithynicus ex Bithynia suppellectilis regiae Romam deportauit.

S

- Sabatina* a lacu Sabate dicta.
- Sabatina* dicti, ut ait Varro, quod ea gens PP. praecipue colat de Sabini quod
- proverbium e
- Sinnius Capito
- ficiū propte
- Sabinum at

nam his pr
rum idem
facientibus
in quiete vi
fici religione
in proverbum
uellent somn
tatem bibendi q
id somnium cap
illud quoque anus
niat. fere enim quo
animo volumus
parere solet.

Saccor

m Pomponius
or, quod ficus ea
nomen per M
ductum est Io
leuem modo So
tu est Apollo

Sacella di

a dii sacrata sine tecto.

PAVLVS. Sacella dicuntur loca diis sacrata sine tecto.
Sacer mons trans Anienem fluium vltra
tertium miliarium appellatur, qui Ioui
fuerat consecratus.

FESTVS. Sacer mons appellatur trans Anienem paul-
lo vltra tertium miliarium; quod eum ple-
bes, cum secessisset a patribus creatis Tri-
bunus plebis, qui sibi essent auxilio, disce-
dentes Ioui consecrauerunt. ¶ At homo sa-
cer is est, quem populus iudicauit ob ma-
lificio, neq; fas est eum immolari; sed
qui occidit, parricidi nō damnatur; nā le-
ge tribunicia priua cauetur: Si quis enī qui
eo plebeis cito sacer sit, occiderit; parricida ne sit.
ex quo quibus homo malus, atque impro-
bus sacer appellari solet. ¶ Gallus Aelius
ait sacrum esse quocumque modo, atq; in-
stituto ciuitatis consecratum sit, siue ae-
dis, siue ara, siue signum, siue locus, siue
pecunia, siue quid aliud, quod diis dedi-
catum, atque consecratum sit. Quod au-
tem priuati suae religionis causa aliquid
earum rerum deo dedicent; id Pontifices
Romanos non existimare sacrum. at si
qua sacra priuata suscepta sunt, quae ex
instituto Pontificum stato die, aut certo
loco facienda sint; ea sacra appellari, tā-
quam sacrificium. Ille locus, vbi ea sacra
priuata faciēda sunt, vix videtur sacer esse.

PAVLVS. Sacram viam quidam appellatam esse existi-
mant, quod in ea foedus ictum sit inter
Romulum, ac Tatium. quidam, quod eo
itinere vtantur sacerdotes idulium sacro-
rum conficiendorum causa. Itaque ne ea-
tenus quidem, vt volgus opinatur, sacra
appellāda est a regia ad domū regis sacri-
ficuli, sed etiam a regis domo ad sacellum
Sireniae & rursum a regia vsque in arcem.

FESTVS. 60

nec appellari debere ait Verrius, sed disti-
cte, vt ceteras vias Flaminiā, Appiam, La-
tinam, vt ne Nouamuiam quidē, sed No-
uam viam.

Sacra via in vrbe appellatur, quod in ea foedus ictum sit inter Romulum, & Tatium. PAVLVS.

Sacramenta dicitur, quod
ae interposita, ac tum
to dicitur interrogari, quia
in Q. Thermum de x
acerant, ne mala
scelera nefaria fie
nto traderetur. lege est

Sacramētū dicitur, quod iurifurandi sacra-
tione interposita geritur. PAVLVS.

Sacramentum aes significat, quod poenae no-
mine penditur.

Sacramentum aes significat, quod poenae no-
mine penditur, siue eo quis interrogatur,
siue contenditur. id in aliis rebus quin-
quaginta assium est, in aliis rebus quin-
gentorum inter eos, qui iudicio inter se
contenderent, qua de re lege L. Papinij Tri-
buni plebis sanctum est his verbis: Quicū-
que Praetor post hoc factus erit, qui inter ciues
ius dicit, tres viros (capitales) populum rogato,
iique tres viri . . . quicumque . . . fa-
Eti erunt, sacramēta ex . . . indicantoque. eo-
demque iure sumto, vti ex legibus, plebei que sci-
tis exigere, iudicare, esseque oportet. ¶ Sacramē-
ti autem nomine id aes dici coeptum est,
quod & propter aerarij inopiam, & sacro-
rum publicorum multitudinem cōsume-
batur id in rebus diuinis.

Sacrami appellati sunt Reate orti, qui ex Se-
ptimontio Ligures, Siculosque exegerūt.
nam vere sacro nati erant.

Sacrae leges sunt, quibus sanctum est, qui
quid aduersus eas fecerit, sacer alicui deo-
rum sicut familia, pecuniaque. Sunt qui
esse dicant sacratas, quas plebes iurata in
monte sacro sciuerit.

Sacrae leges dicebantur, quibus sancitum e-
rat, vt si quis aduersus eas fecisset, sacer a-
licui deorū esset cum familia, pecuniaque.

Sacrem . . .
us vbi iam
ire appel
ita id adi
um sit voca
lescens qui
eneunt sa
nummum
plari de mea
e. sunt domi
to aduer
mum post
rem in sin
nando pro
me sacrem

Sacrem . . . FESTVS.

us vbi iam
ire appel
ita id adi
um sit voca
lescens qui
eneunt sa
nummum
plari de mea
e. sunt domi
to aduer
mum post
rem in sin
nando pro
me sacrem

Sacrificulus

qui ea facta, quae
sueuerant, facit
ur post Reges ex
utus.

PAVLVS. *Sacrificulus* Rex appellatus est, qui ea facta
quae Reges facere assueuerant, fecisset.

Sacrima appellabant mustum, quod Libero
sacrificabant pro vineis, & vasis, & ipso
vino conferuandis, sicut praemissum de spi
cis, quas primum melluissent, sacrificaba
bant Cereti.

FESTVS. . . primis fiet . . .
. . . crima est . . .
. . . atius dicun . . .
. . . tum in amphoram . . .
. . . ifici caula pro . . .
. . . quae quasi sacra . . .
. . . ero fit, vt prae . . .

Sacrofanctum dicitur, quod iureiurando in
terposito est institutum, si quis id violaf
set, vt morte poenas penderet, cuius ge
neris sunt Tribuni plebis, Aedilesque eius
dem ordinis, quod affirmat M. Cato in
ea, quam scripsit, Aedilis plebis sacrosan
ctos esse.

PAVLVS. *Sacrofanctum* dicebatur, quod iureiurando
interposito erat institutum, vt qui violaf
set, morte poenas penderet.

Saeculares ludi apud Romanos post centum
annos fiebant, quia *saeculum* in centum
annos extendi existimabant.

FESTVS. . . Tarquinij Superbi Regis . . .
. . . Marti consecraui . . .
. . . Cos. quod populus . . .

Romanus in
aram quoque Diti a
extremo Mart
pellatur demissa
viginti, in qua
R. facere sac
& nonagensi
Popillio Laenate
stis furulis est
quod noctibus, ac de
tum post annos u
culares appell
saeculi habetur.

Sagaces appellantur multi, ac sollertis acu
minis. Afranius in Brundisina: Quis tam
sagaci corde, atque ingenio vnico. Lucre
tius lib. II. Nec minus haec animum.

cognoscere
etiam canem
intuctus ca
ribus fretus
mulier per
fapiens pro
forsitan prop
cuitandam

Sagaces appellantur sollertis acuminis, vnde
etiam canes indagatores sagaces sunt ap
pellati. *Saga* quoque dicitur mulier peri
ta sacrorum, & vir sapiens, producta pri
ma syllaba propter ambiguitatem cui
tandam.

Sagmina dicebant herbas verbenas, quia ex
loco sancto arcebantur legatis profici
scentibus ad foedus faciendum, bellum
que indicendum, vel a (sanciendo, id est
confirmando. Naeuius: Scabos, atque ver
benas sagmina sumpserunt.

Sagmina vocantur verbenae, id est herbae pu
rac, quia ex loco sancto arcebantur a Co
sule, Praetoreve legatis proficiscentibus
ad foedus faciendum, bellumque indic
dum, vel a (sanciendo; id est confirmando.
Naeuius: Ius sacratum Iouis iurandum
languine.

Salaciam dicebant deam aquae, quam puta
bant salum ciere, hoc est mare mouere. vnde
Ouidius: Nymphaeque salaces.) quo
vocabulo poetae pro aqua vsi sunt. Pacu
uius: Hinc saeuitiam Salaciae Fugimus.

salum ciet, an . . .
uocabulo poe . . .
Pacuius . . .
am Salaciae . . .
uescimur . . .
mo vt me . . .
um saeptam . . .

Salaria via Romae est appellata, quia per ea
Sabini sal a mari deferebant.

iam viam . . .
a, quae nunc Col
li dicitur . . .
appellabatur . . .
ut ea liceret
lem portari . . .

Salentinos a salo dictos, Cretas, & Illyrios,
qui cum Locrensibus nauigantes societa
tem fecerint eius regionis Italiae quam

Salentini a salo sunt appellati.

Salias virgines Cincius ait esse conducticias,
quae ad Salios adhibebantur cum apici
bus paludatae, quas Aelius Stilo scripsit
sacrificium facere in Regia Pontifice pa
ludatas cum apicibus in modum Salioru.

Salicem idem virgulti genus, non arboris di
cit, & ridicule interpretatur dictam, quod
ea celeritate crescat, vt salire videatur.

Salinum in mensa pro aquali salitum esse
poni ait cum patella; quia nihil aliud sit
